
1902
USNM
EX LIBRIS
William Healey Dall
Division of Mollusks
Sectional Library

Division of Mollusks
Sectional Library

# JACOBI THEODORI KLEIN

TENTAMEN

# METHODI OSTRACOLOGICÆ

SIVE

## DISPOSITIO NATURALIS COCHLIDUM ET CONCHARUM

IN SUAS

CLASSES, GENERA ET SPECIES,

Iconibus ſingulorum Generum aeri inciſis illuſtrata.

ACCEDIT

LUCUBRATIUNCULA

DE

FORMATIONE, CREMENTO ET COLORIBUS TESTARUM

QUÆ SUNT

COCHLIDUM ET CONCHARUM,

TUM

COMMENTARIOLUM

*in locum* PLINII *Hiſt. Nat. Libr.* IX. *Cap.* XXXIII.

DE

CONCHARUM DIFFERENTIIS.

DENIQUE

Sciagraphia Methodi ad Genus SERPENTIUM ordinate digerendum.

Division of Mollusks Sectional Library

SMITHSONIAN INSTITUTION 274269 U. S. NATIONAL MUSEUM.

*LUGDUNI BATAVORUM,*

Apud GEORG. JAC. WISHOFF, CONR. FIL. 1753.





JACOBUS THEODORUS KLEIN
Secr. Civ. Gedan.
Reg. Soc. Angl. Sodalis.
Aet. LIX.

Syſang ſc. 1743. Lips.

QL
403
K64
1753
C.1
SCNHRB

VIRIS

*CELEBERRIMIS DOCTISSIMIS*

# JOANNI ESGERS

ET

# HIERONYMO DAVIDI GAUBIO,

ILLI

S.S. THEOLOGIÆ DOCTORI, EJUSDEMQUE FACULTATIS, UT ET ANTIQUITATUM HEBRAICARUM, IN ACADEMIA BATAVA, QUÆ LEIDÆ EST, PROFESSORI, MATERIÆ OSTRACOLOGICÆ INPRIMIS CURIOSO.

HUIC

MEDICINÆ ET CHEMIÆ IN EADEM UNIVERSITATE PROFESSORI.

HISTORIÆ NATURALIS AMANTISSIMIS

*S. P. D.*

JACOBUS THEODORUS KLEIN.

Nihil mihi optatius accidere poterat, VIRI DOCTISSIMI AMICISSIMI, quam ut præſens *Opus* VESTRIS ederetur AUSPICIIS: *Doctrina* enim VESTRA & *Experientia* maturarunt mea, qualiacunque, in hoc genere ſtudia. Ita factum, ut, quod

quod multos per annos parturiverat animus, jam tandem VESTRIS pariat *auxiliis.* Multum curæ operæque conſumſiſtis & in corrigendis, qui irrepſerant, *erroribus*, & in *nominibus* OSTRACODERMATUM vulgatioribus adjiciendis, & in *iconibus* conquiſitis adpingendis ac aere excudendis. In quibus ordinandis quanta uſi ſitis *diligentia*, facile omnes judicare poterunt.

Grave, amore mei incitati, ſuſcepiſtis *onus.* Quum autem *tantam* VOBIS referre *gratiam* non poſſum, *quanta* debetur, habenda tamen eſt, *quantam maximam* animo concipio, verbis licet exprimere nequeam.

Hoc eſt, quod VOBIS perbrevi quidem *epiſtola nuncupatoria*, ſimulque *Omnibus Bonis*, publice teſtatum cupio. Valete! Favete! Dabam Gedani x. Calend. Septembr. MDCCLII.

PRÆ-

# P R Æ F A T I O.

Per Ostracodermata (*a*) *in genere intelligimus animalium teſtaceorum integumenta, quæ ſunt Cochlidum: (vulgo, univalvium:) Concharum, Balanorum, Echinorum & Tubulorum marinorum. In ſpecie dermata Cochlidum & Concharum hoc loco adæquata methodo in ordinem redigendi animus nobis eſt; quæ* Dermata *partes ſunt adeo conſtitutivæ animalium teſtaceorum, ut illis privata vitam diu non agant, non ſecus, ac quadrupedia deglupta cute; quod alibi ſufficienter comprobaſſe confidimus. Hiſtoriam itaque animalium, quæ vocantur teſtacea, valde usque dum incompletam, poſteris commendatam cupimus, perpauca enim cognita deprehendimus. Hoc loco non niſi cum Teſtis vacuis* (*b*) *res nobis erit, animum curioſorum, vel minus doctorum, oblectatione afficientibus, cum quibus alicubi locorum velut a pueris cum nucibus luditur, ordine ſatis confuſo.*

(*a*) Ὄστρακον, ab ὀστέον, os. Proprie eſt receptaculum, durum, quaſi *oſſeum*, *ruptile*; latine *Teſta*. Hinc *methodus* oſtracologica eſt *ordo* in deſcribendis ejusmodi teſtis vel receptaculis ſervandus. Animalia ejusmodi teſtacea varie a Græcis & Latinis vocantur. Ariſtoteli audiunt ὀστρακοδέρματα, *oſſeæ cutis animalia*, *Lib.* III. *de Anim. facult.* ὄστρεα *Lib.* I. *Hiſt. An. C.* 6. ἐκλοδέρματα; *Empedocli:* λιθόῤῥινα; *Oppiano:* ὀστρακόρινα, ὀστρακῆρα, ὄστρακα; *Suidæ:* ἰχθύες ὀστρακόδερμοι; *Heſychio* & *Varino:* λιχάδης κομαπφορτίδης, κόγχοι, κόγχαι, unde κογχία, κογχάρια, conchulæ. *Plinio:* teſtacea operimenta modo ſilicum duritie intecta; animalia teſtis incluſa duris; ſilicea teſta incluſa. *Ciceroni:* Belluæ nativis teſtis adhærentes. *Palladio:* clauſa maris animalia. *Theodoro:* Teſtata. *Rondeletio:* Teſtacea. *Alberto M.* Teſtudines. *Gazæ:* Conchæ & oſtrea. *Aliis:* Conchylia. *Tournefort:* appellat Testacea quorundam animalium integumenta, quæ teſtæ, ſeu lateris duritiem habent; testa enim quid lapidei fragilis ſignificat, ut in fictilibus obſervare eſt. *Idem* animalia dividit in Monotoma, quorum indiviſa, Diboma, quæ geminis conſtant teſtis, & Polytoma, quæ ex plurimis ſimul adnexis compinguntur.

(*b*) Teſta animali vacua, græce: λεπηγίς, autore *Galeno:* item: κογχάρια.

Methodum *autem, quam premimus* Ostracologicam, *non nobis privative, ſed amico olim familiari Dn.* Chriſtiano Gabrieli Fiſcher *maxime debemus, quum muſeum quondam noſtrum adornaverimus, & illata conchylia in ordinem redigere ante viginti, & quot excurrunt, annos ſolliciti fuerimus. Ipſe vel ter revidit, correxit, in melius verſit; inſuper ego, quæ mihi minus adæquata videbantur, eaque per plures annos digeſſi, demi plura, alio translocans; multa addidi; aliquando caput ſculpſi, ungues momordi, ut memet ipſum & amicum intelligerem, quaque fieri potuerit arduum ejusmodi opus abſolutum pene redderetur; quem quoque in finem* Rumphii muſeum Amboneſe, *nec non* Bonanni & Liſteri Teſtacea (*libros pretioſos*) *laceravi, ſingulaque in paginis ſeparatis ſecundum enata genera juxta ſe invicem poſui, non correſpondentia tranſtuli, rurſusque revocavi ſimilia; & quæ porro.*

*Labor utique videbitur* intelligentibus *abſtruſus; difficultatibusque*

 in-

*innumeris plenus eſt ex autorum deſcriptionibus & ſchematibus eruere differentias teſtarum & criteria. Pleræque enim* deſcriptiones *ſunt rudes, obſcuræ ex notis generalioribus conflatæ. Partes Teſtarum aliis aliter denominantur; hinc frequens vocum æquivocatio & deſcriptionum anceps ſenſus. In deſcribendo* Rumphius *omnium feliciſſimus.* Bonanni *multum luxuriat.* Rondeletio, Aldrovando, Geſnero, *genera tantum curæ ſunt.* Liſterus *in tabularum ænearum titulis parcus & jejunus eſt.* Jonſtoni *rapſodiæ valde confundunt; textus corruptiſſimus ſchematibus ſæpiſſime non congruit. Sic & ipſa* Schemata *autorum valde decipiunt. In* Aldrovando, Geſnero, Fabio Columna *quædam ſub umbra latent. In* Jonſtono *veterum nævos Chalcographi phantaſia auxit. In* Rumphio *&* Bonanni *icones multæ per ſculptoris errorem ſunt inverſæ; pleræque ab una ſaltim parte teſtam contemplandam exhibent; in conchis teſta altera tantum, eaque averſa plerumque, cernitur, neglecto interiori cardine & laterali ſitu partium, ex quo concharum ſpecies definiendæ.* Niſi quis teſtas nativas pene multas oculis uſurpaverit, nec ſchemata nec deſcriptiones ad ſenſum revocabit. Picturæ ſine commentario ſunt mortuæ, quo vivide idea inde reſultet, circumſpecte & diſtincte hic adornandus eſt.

*Quantum itaque in nobis fuit, autorum deſcriptiones cum ſchematibus ſedulo contulimus, & criteria ſpecialia connotavimus; generalia ex definitione generis præcognita, ad evitandam nimiam dicacitatem ſtudio omiſimus; tum deſcriptiones paratas, quotquot licuit, cum nativis exemplis contulimus & adeo ad naturam polivimus.*

*Petrefacta* Liſteri *aliorumque ſpecimina jure merito hoc loco prætermiſimus; pauciſſimorum & quidem incidenter mentionem facientes, illumque in tabulis potius quam per tractatus, citare malumus; emendatis paſſim autoris inſcriptionibus, nunc jejunis, nunc tautologicis; pretiumque operæ eſſe judicamus, concinnaſſe* indiculum Tabb. Liſteri, *quarum ſpecimina in paragraphis methodi evolvenda, unde mox apparet, diſturbata & diſſipata apud auctorem eſſe, quæcunque ad unum idemque genus forent revocanda;* Bonanni *ita ut in uſum noſtrum converſimus, ut deſcriptiones ſingulas provide contraxerimus ac ſuppleverimus, eundemque autorem cum* Rumphio *in conſenſum redegerimus; cumque* Aldrovandus *&* Liſterus *jam exhauſere* Rondeletium, *allegato Aldrovando ſimul & ille adcitatur. Aliorum methodos (a) ſuis autoribus acceptas relinquimus; noſtram*

(*a*) Recentiſſima eſt Gualteri; opus ſplendidiſſimum, cariſſimum; placet interna plurimarum teſtarum ſtructura, ad hiſtoriam animalium utique multum faciens, omnia minime abſolvens; quin ad illam non ſolum *dermata nuda* & *vacua*, non ſolum *ſtructura*, ſed *ipſa animalia* integra deſiderarentur; & ne quidem pro abſoluta hiſtoria componenda ordo a *loco*, quo degunt, legitimus videri poſſet. Quo ſenſu *thalamus* animalis nobis veniat *Par.* §. 5. mox innuimus; unde eſt, quod omnia animalia teſtacea potius *monothalamia*, quam *polythalamia* eſſe judicemus. Sed mittimus hæc hoc loco; de quibus magis ex profeſſo in *Lucubratiuncula de formatione, ſtructura & Cremento Teſtarum, quæ ſunt Cochlidum & Concharum.*

*noſtram ſtrenue proſecuti, eamque brevem & facilem condere annisi ſumus. Claſſes & Genera ex diverſa teſtarum externa ſtructura, quæ mox in oculos cadere poteſt, exſtruximus, hancque in additis definitionibus diſtincte enarravimus; ſpecies intermedias plerumque ex ſuperficiei conditione, infimas ex ſpecialiſſima teſtæ ſeu configuratione ſeu pictura indicavimus. Cochlides & Turbines ex coni, ſeu integri, ſeu ſecti, flectione & curvatura genetice ſunt deducti; in Conchis principaliter ad laterum conjunctionem reſpeximus, unde apparet eſſentialis illa concharum differentia, cujus umbram in* Liſteri *Hiſtoria obſervavimus; in deſcriptionibus brevitatis & perſpicuitatis ſtudioſi; voceſque non usque adeo uſitatas, ubi primum occurrunt, illuſtravimus.* (*b*)

(*b*) In ſubſidium vocandus *Fiſcherus*, juxta enarratos teſtarum Colores, in animadverſ. ad Cap. *Plinii* 33. *Lib.* IX. *Hiſt. nat. novis actis Erudit.* menſe Novembri *A.* 1733. *p.* 487. inſertis, de Concharum differentiis.

*Uſus hujus methodi præcipue triplex eſt.* Primo: *inſervit theſauro Teſtaceorum inſtruendo. Etenim, ne in hoc cumulentur ſpecimina in ſolius admirationis, non eruditionis & Hiſtoriæ ſubſidium, convenienti ordine diſponendus eſt, quo facile inveniantur quæſita, & evitentur abundantia.* Secundo: *licebit dato nomine deſcriptionem teſtæ ſub genere & claſſe congruis reperire, & una manu plures autores evolvere.* Tertio: *licebit & inde indagare conchas dubias, ſi datur teſta ſine nomine, & quæritur ejus genus ſpecieſque ſpecialiſſima; An Teſta ſit indaganda* Cochlis, *an* Concha? *ſi v. g.* Cochlis, *diſpiciatur amplius: an ſit ſimplex, an compoſita? ſi ex. gr. ſimplex, an ſit plana, convexa, conica? an educta? an diducta? In inventa hoc modo claſſe, perlegantur definitiones generum, & genere invento, perluſtrentur ſpecies. Ita teſtæ definitio vel parata juſto loco comparebit, vel ex ſpecialiſſimis antecedentium differentiis facile adornabitur. Cum vero in ſucceſſiva auctorum lectione nec ſchemata nec deſcriptiones ita perfecte, inprimis propter nævos autorum ſupra accuſatos, conferantur, quin multæ differentiæ & Convenientiæ oculum etiam lynceum ſubterfugiant, errores facile tolli queunt, ubi ex eodem ſchemate ſpecies plures enatæ, partim & diverſa ſub eodem genere recenſita occurrerent; inprimis, ſi quis vel abſolutam multitudinem Teſtaceorum ipſe collegerit, vel ſchemata ex* Rumphio, Bonanni *&* Liſtero *exſciſſa definitionibus ſingulis jungere, atque adeo totum opus polire e re ſua fore, judicaverit; optandum, ut ejusmodi Tabulas aliquando juris publici fieri quis curaret. Quod reliquum eſt, præter* Indiculum Liſteri, *Synopticas quoque Tabulas* Cochlidum & Concharum, nec non Nomenclatorem, *quid vocabula & Termini valeant; denique* Indicem Rerum *præ cæteris memorabilium, & ultimo loco* Indicem *rerum* Polyglotton *conſtruximus. Reliqua ex ipſis autoribus eruenda.*

# COCHLIDUM.

## TABULA SYNOPTICA.

- COCHLIS. §. 1.
  - I. Simplex. §. 3.
    - I. Plana. §. 4.
      - Nautilus. §. 5.
      - Seminautilus. §. 8.
      - Cornu Ammonis. §. 10.
      - Semicornu. §. 13.
    - II. Convexa. §. 15.
      - Nerita. §. 16.
      - Serpentulus. §. 19.
      - Sol. §. 22.
      - Luna. §. 24.
      - Stella. §. 26.
      - Angyſtoma. §. 28.
    - III. Tornicata. §. 32.
      - Cricoſtoma. §. 33.
      - Platyſtoma. §. 38.
      - Dontoſtoma. §. 41.
      - Pentadactylus. §. 44.
      - Tribulus. §. 46.
    - IV. Elliptica. §. 48.
      - Auris. §. 49.
      - Catinus lactis. §. 54.
      - Cidaris. §. 56.
      - Mamma. §. 58.
      - Scapha. §. 60.
    - V. Cono-Cochlis. §. 62.
      - Trochus. §. 63.
      - Hamus. §. 67.
      - Pſeudo Trochus. §. 69.
      - Strombus. §. 71.
      - Tympanotonos. §. 75.
      - Vertagus. §. 77.
      - Noctua. §. 79.
      - Anas. §. 81.
      - Pes anſerinus. §. 83.
      - Oxy ſtrombus. §. 85.
      - Tuba phonurgica. §. 88.
      - Pſeudo ſtrombus. §. 91.
      - Dipſaccus. §. 93.
      - Auris Midæ. §. 95.
      - Naſſa. §. 97.
      - Terebellum. §. 99.

COCH-

- COCHLIS.
  - I. Simplex.
    - VI. Cochlea. §. 102.
      - Lunaris. §. 103.
      - Cælata. §. 106.
      - Petholata. §. 109.
      - Olearia. §. 112.
      - Tigris. §. 114.
      - Fornax. §. 116.
      - Trocho-Cochlea. §. 118.
      - Saccus. §. 120.
    - VII. Buccinum. §. 122.
      - Tritonis. §. 124.
      - Argo-Buccinum. §. 127.
      - Cophino-Salpinx. §. 129.
      - Buccinum lacerum. §. 131.
      - Buccinum muricatum. §. 133.
    - VIII. Turbo. §. 135.
      - Urceus. §. 136.
      - Lagena. §. 140.
      - Simpulum. §. 142.
      - Gutturnium. §. 144.
      - Caniſtrum. §. 146.
      - Scala. §. 148.
      - Epidromus. §. 151.
      - Sipho. §. 153.
      - Auricula. §. 156.
      - Neritoſtoma. §. 158.
      - Turbo lunaris. §. 160.
      - Garagoi. §. 162.
      - Gallinula. §. 164.
      - Galea. §. 166.
  - II. Compoſita. §. 168.
    - IX. Roſtrata. §. 169.
      - Trochus roſtratus. §. 170.
      - Gladius. §. 172.
      - Fuſus. §. 174.
      - Mazza. §. 176.
      - Rapa. §. 178.
      - Hauſtellum. §. 180.
      - Tribulus roſtratus. §. 182.
    - X. Voluta longa. §. 184.
      - Conus. §. 185.
      - Trocho-Conus. §. 189.
      - Ditrochus. §. 193.
      - Turricula. §. 195.
      - Thema muſicum. §. 197.
      - Veſpertilio. §. 199.

- **COCHLIS.**
  - II. Compoſita.
    - X. Voluta longa.
      - Nubecula. §. 201.
      - Dactylus. §. 203.
      - Cucumis. §. 205.
      - Ficus. §. 207.
      - Conchylium Rondeletii. §. 209.
      - Radix Bryoniæ. §. 211.
      - Aporrhais. §. 213.
      - Concha natatilis. §. 215.
      - Cymbium. §. 217.
    - XI. Voluta ovata. §. 220.
      - Bulla. §. 221.
      - Oliva. §. 223.
      - Pila. §. 225.
      - Porcellana. §. 227.
      - Caſſis. §. 234.
      - Semi-Caſſis. §. 240.
      - Caſſis bicornis. §. 244.
      - Cithara. §. 246.
    - XII. Alata. §. 249.
      - Monodactylus. §. 250.
      - Harpago. §. 252.
      - Heptadactylus. §. 254.
      - Millepes. §. 256.
      - Lentigo. §. 258.
      - Alata lata. §. 260.
    - XIII. Murex. §. 262.
      - Frondoſus. §. 263.
      - Coſtoſus. §. 265.
  - III. Cochlidum Opercula: Appendix.
    - Umbilicus. §. 267.
    - Operculum Callorum. §. 270.
    - Unguis odoratus. §. 272.

METHO-

# METHODUS OSTRACOLOGICA

SISTENS

# COCHLIDES ET CONCHAS.

## PARS PRIMA.

### COCHLIS.

§. 1. COCHLIS, ad differentiam *Cochleæ*, deſignat canalem teſtaceum circa principium tenue & clauſum in gyros gradatim vaſtiores conſtanti ratione (*a*) circumactum.

§. 2. Vulgo dicuntur Turbines; ſed præſtat hoc nomen reſervare Cochlidibus ſimplicibus, inter Buccina & Cochleas ambigentibus, ſive Cochlidibus elongatis vel extrorſum flexis.

(*a*) *Ita diſtinguitur Cochlis a* Tubulis, *Anguino & Vermiculari, qui* Solenes *audiunt.*

## SECTIO I.

### COCHLIS SIMPLEX.

§. 3. Eſt canalis gyroſus ex una teſtæ circumvolutione reſultans.

# *C L A S S I S I.*

## COCHLIS PLANA.

§. 4. Eſt canalis teſtaceus ita circumvolutus, ut in centrum circularium ſpirarum profunde (*a*) videatur (*b*) intortus.

(*a*) *Sic character Cochlidis planæ eſt Centrum ſpirarum profundum, ſine quo difficile erit eam a nonnullis convexis diſtinguere.*

(*b*) *Re ipſa ſpiræ circulares ex Centro acuto principium habent; videntur tamen quaſi conicus canalis in Centrum profundum circumactus gyris circularibus.*

## G E N U S I.

## *N A U T I L U S.*

§. 5. Eſt Cochlis Plana, ſemilunaris, ſpiraliter ita inflexa, ut ſimplex ſpira extima & capacior fere ſola appareat, proximam ſibi ſpiram oris (*a*) medio recipiens.

(*a*) *Ita loqui amant Oſtracologici, aperturam ſive extremitatem ſpiræ extimæ* Os *vel* Domiportam, *illius cavitatem autem* Thalamum *animalis vocitantes.*

. 6. Species I. Lævis.

1. Nautilus major craſſus; dorſo (*a*) & carina (*b*) ſubrotundis, *Rumph. p. 62. Tab.* XVII. *Lit.* A. *Liſteri Tab.* 550. *f.* 1. & 3. *Bonanni num.* 1. Si rudis, corticem habet ex caſtaneo colore variegatum. Figuram exhibet Tab. Noſtra I. n°. 1, 2.
2. Nautilus umbilicatus, (*c*) *Liſteri Tab.* 552. *f.* 4.
3. Nautilus ſtriatus ipſa puppe nigra: Cochlea peregrina *Liſt. T.* 551.
4. Nautilus ex caſtaneo variegatus, ad puppim nigram & in carina lata quatuor coſtis, quales reſectæ cameræ relinquere ſolent, margariticis. *Nobis.*

5. Coch-

(*a*) *Convexitas extrema extimæ ſpiræ dicitur* Dorſum.
(*b*) Carina, *aliis* Dorſum, *eſt maximæ ſpiræ ambitus.*
(*c*) Umbilicus *hoc loco eſt centrum ſpirarum profundius.*

5. Cochlea umbilicata depreſſa, medio orbe acuto. *Liſt. T.* 574. *f.* 27. Icon exſtat in Tab. Noſtra I. n. 5.

*Synonyma.* Nautilus II. *Ariſtot.* Pompilus *Plinii.* Pompylius *Euſtachii.* Cochlea Indica *Cardani.* Concha margaritifera *Bellon.* & *Muſei Septaliani.* Perlmutter/ Perl-Schneck a colore, non fœtu perlato, *Rondel.* Porcellane *Gallorum.* **Coquilje/ Paarlemoer-hoorn/ Papedo-hoorn** *Belgis.* Bia Papeda *Amboin.* item Bia Coyn. Krang modang. Kikalapia. Thick ſail ſchell, *Angl.*

§. 7. Species II. Sulcatus. (*a*)

1. Nautilus ſulcis rectis lævibus & denſis; carina anguſta, auriculis (*b*) acutis. *Rumph. Tab.* XVIII. A. *Liſt. Tab.* 557. *f.* 7.
2. Nautilus priori ſimilis, ſed in carinæ latæ lateribus obtuſe ſerratus, auriculis obtuſis; rarior. *Rumph. p.* 64. *Liſt. T.* 556. *f.* 7. Vide Figuram in Tab. Noſtra I. n. 3.
3. Nautilus ſulcis rarioribus, auriculis obtuſis, carinæ lateribus acute ſerratis. *Bonanni n.* 13.
4. Nautilus verrucoſus (*c*) in ſtriis rectis & elatis, carinæ angulis profunde ſerratis. *Rumph. Tab.* XVIII. *n.* 1.
5. Nautilus ſulcis raris, quodammodo hiulcis (*d*), carinæ latæ lateribus obtuſe ſerratis. *Liſt. T.* 554. *f.* 5.
6. Nautilus ſulcis rarioribus & irregularibus, auriculis acutis. *Rumph. Tab.* XVIII. *lit.* B.

7. Nau-

(*a*) i. e. *agri inſtar vomere ſubacti frequentibus lacunis in longum excavatis inæquabilis.* Sulci cochleati *ſunt intervalla ſpirarum, ſeu profunditates inter-ſpirales:* ſubuculares *intorti ex rugis transverſalibus oriundi.* geſurcht *Germ.* **gevorent** *Belg.*

(*b*) *Vide not.* (*e*) *infra.*

(*c*) Verrucæ *ſunt protuberantiæ quædam teſtarum rotundæ, verrucas animalium imitantes, unde verrucoſus, qui copiam ejuſmodi verrucarum habet. Si protuberantiæ ſunt* cavæ, *dicuntur* bullæ; *unde* Liſtero *frequens epitheton:* bullatus. Puſtulas *potius diceres, quam* bullas.

(*d*) *Alio nomine dicuntur* undoſæ *vel* flexuoſæ, *per ſimilitudinem undarum, quæ modo altiores modo profundiores in decurſu apparent.*

7. Nautilus auritus (*e*) & diductus h. e. ex centro ſpirali patentiori bifariam ſulcatus. *Liſt. T.* 555. *f.* 6.

(*e*) Auritus *Liſtero dictus, quia verſus centrum ſpirarum diductum callus auriformis ad inſtar auris humanæ externæ comparet.*

*Synon.* Nautilus I. *Ariſtot.* Nauplius *Athenæi.* Nautes *Suidæ.* Piſcis nauticus, Ovum Polypi *Græcorum.* Roema gorita ſeu domuncula polypi, Kika Waroutia *Amboin.* Schippertje / Doekehuyf *Belg.* Hollandſche Haube / *Germ.* *Jonſtonus* perquam confuſe deſcribit ſpecies Nautilorum, recoquens fabulam de Nautilo velificante, quam exploſit *Rumphius.*

## GENUS II.

## *SEMI-NAUTILUS.*

§. 8. Cochlis Plana, plurium ſpirarum, ab altera parte apparentium, in cujus Os, ad Nautili inſtar, ſpira proxima inflectitur.

§. 9. Species:

1. Semi-nautilus ſtriatus; ad medium orbis unica rufeſcente linea, *Liſteri T.* 574. *f.* 26. Iconem vide Tab. Noſtra I. n°. 4.
2. Semi-nautilus faſciatus (*a*): Cochlea umbilicata depreſſa, medio orbe acuto, variegata, *Liſt. T.* 574. *f.* 27.

(*a*) Faſcias *dicimus cingula lineis anguſtioribus contradiſtincta eademque non prominula, ſed ſuperficietenus ſaltim picta; Græce* ζῶναι; *&* *a* ζώνη μονοζώνιος, περιζώνιος.

## GENUS III.

## *CORNU HAMMONIS.*

§. 10. Cochlis Plana, cujus ſpiræ ab utraque parte ſimiles & æquales; ore integro (*a*), margine ſimplici (*b*); ultima ſpira vel a reliquis ſeparata, vel reliquis contigua.

§. 11.

(*a*) Os integrum *eſt domiporta integra, & rotunda, non interrupta per ſpiram proximam.*

(*b*) Margo, *vel* limbus *oris* ſimplex, *non fimbriatus, vel labiatus.*

§. 11. Species I. Legitimum.

1. Cornu Hammonis legitimum; *Rumphii p.* 68. *T.* XX. *n.* 1. vix calamum ſcriptorium craſſum; *Liſteri T.* 550. *f.* 2. Nautilus exiguus albus pellucidus. *Bonanni Supplem. R. M. & O. n.* 46. Figuram vide in Tab. Noſtra I. n. 6.
2. Cornu Hammonis peculiare nativum, Liburni littoris, quod *Semilituus* adpellari non omnino inepte poterit, cum appendicem quamdam rectam habeat; albiſſimi coloris. *Jani Planci append. ad Phytobaſanon F. Col. Tab.* XXXVIII. *lit. D. E.* Gratulamur perſpicaciſſimo *Autori*, cujus obſervationibus debemus alterum *Hammonis Cornu* legitimum juxta *Rumphii Cornu* hactenus *ſolitarium.* Vah! quantum eſt, quod neſcimus circa Conchylia pelagia, quæ in conſpectum noſtrum non veniunt, quorum tamen exiſtentiam mundus ſubterraneus circa foſſilia nos docet.

*Synon. Malabar:* Taymanuſa. Merendreck. Scheerhorn. Zieherhorn. Poſthoorntje. *Belg.*

§. 12. Species II. Spurium. (*a*)

1. Cornu Hammonis ſpurium; maximum fluviatile corrugatum transverſim. Cochlea marina compreſſa *Liſteri T.* 136. *f.* 40. Figuram oſtendit Tab. Noſtra I. n°. 7.
2. Cornu Hammonis ſpurium: Cochlea fuſca limbo (*b*) circumſcripta, *Liſteri T.* 138. *f.* 42. Plan-orbis minor fluviatilis acie acuta *Petiv. Gaz. nat. Tab.* 10. *f.* 11. Picturam vide in Tab. Noſtra I. n°. 8.
3. Cornu Hammonis ſpurium: Cochlea exigua quinque orbium. *Liſteri T.* 138. *f.* 43. Icon exſtat in Tab. Noſtra I. n°. 9.
4. Cornu Hammonis ſpurium: Cochlea terreſtris *Rumphii p.* 92. *Tab.* XXVII. P. *Belg.* Poſthoorn.

(*a*) *Cujus quidem ſpiræ ſunt Cornu Hammonis faciei, arcte tamen ſibi invicem incumbunt, ut in orbem convolutæ videantur, ore autem integro, ſimplicique margine.*

(*b*) *Limbus aliquando eſt circulus circa dorſum teſtæ elatior.*

## GENUS IV.

## *SEMICORNU.*

§. 13. Cochlis Plana, umbilicata; cujus ultima ſpira vaſtior Cornu muſicum

ſicum refert; (*a*) ore labiato dimidiam ſpiram proximam recipiens.

(*a*) *Labium dicitur oris extrema ora quaſi fimbria lata replicata.*

§. 14. Species:

1. Semicornu fuſcum: Proboſcis Elephanti *Rumphii p.* 92. *Tab.* XXVII. *lit.* O. Slangetje / Bel-ſlak. *Belg.* Figuram exhibet Tab. Noſtra I. n°. 10.
2. Semicornu, quod Serpentulus *Rumphii p.* 93. *T.* XXVII. *R.* Poſthoorn. *Belg.* Vide Figuram in Tab. Noſtra I. n°. 11.

## *C L A S S I S  II.*

## COCHLIS CONVEXA.

§. 15. Quæ ex gyrorum Centro verticali in aliquod ſegmentum Sphæræ rotundatur. (*a*)

(*a*) *Character ergo Cochlidis Convexæ eſt centrum ſpirale verticale, in ſuperficie ſphærice convexa, cui alterum latus, ubi os, fere planum opponitur.*

## G E N U S  I.

## *N E R I T A.* (*a*)

§. 16. Cochlis Convexa; umbilico notabili; ore laterali ſimplice dimidiam ſpiram proximam manifeſte includens.

(*a*) *A Nereo, Deaſtro marino, ejus incola, ita dicta.*

§. 17. Species I. Oris margine ſimplici.

1. Nerita Vortex. Trochus planior, maculoſus, umbilico leviter dentato, lævis. (*a*) *Liſt. T.* 636. *f.* 24. pronus & ſupinus *Bonanni num.* 27. 28. *Belg.* Wervel-hoorn; Perſpectiv-hoorn/

(*a*) Læve *opponitur aſpero; & notat ſuperficiem, per partes æque altas extenſam. Lævoris autem ſunt gradus; quod in læviſſimis excellit, Nitidum eſt.*

hoorn / Perſpectiv-ſlek / Pavelken / *Rumphii Tab.* XXVII. *L.* vid. *Phil. Tranſ. Angl. Vol.* XXII. *n°.* 276. *p.* 1027.

2. Nerita fibularis; (*b*) ſpiris ſubtiliſſime ſtriatis, micis puniceis ſuper cinereo & argenteo. *Bonanni num.* 196. *Liſteri* alia *T.* 78. *f.* 79. Picturam vide in Tab. Noſtra I. n°. 12.

3. Nerita flammea:

a. Trochulus planus ſubfuſcus, opere quodam vermiculato ex toto depictus. *Liſt. T.* 651. *f.* 48. An Plan-Orbis pulchre undata, ventre elato albido *Petiv. Gaz. nat. T.* 11. *f.* 6.?

b. Rariore pictura vermiculata, *Liſt. T.* 652. *f.* 49.

4. Nerita nigricans: Trochulus planus ex purpureo nigricans, ipſa margine ex albo variegata, *Liſt. T.* 652. *f.* 50. Figura exſtat in Tab. Noſtra I. n°. 13.

5. Nerita ſubrubra: Trochulus planus ſubruber, *Liſt. T.* 650. *f.* 45.

6. Nerita granulata: Trochulus planus ex fuſco maculatus, ſtriis ſuper nodos; *Liſt. T.* 649. *f.* 44. & *T.* 651. *f.* 47. Icones vide in Tab. Noſtra I. n°. 14, 15.

7. Nerita maculata ex albo: Trochulus planus, margine ex albo maculata, ſubruber, unica faſcia vermiculata depictus; *Liſt. T.* 650. *f.* 46.

8. Nerita ſpiraliter faſciata; Narbonenſis, *Liſt. T.* 85. *f.* 85.

9. Nerita lævis, Narbonenſis, *Liſt. T.* 86. *f.* 86.

10. Nerita ex umbilico ſtriata, unica faſcia alba ad marginem primi orbis, modo ruſeſcens, modo citrina; *Liſt. T.* 60. *f.* 57.

11. Nerita integra ſtriata; *Liſt. T.* 79. *T.* 81. *T.* 65. *T.* 67. *f.* 65. *T.* 72. *T.* 70. *T.* 78. *f.* 78. *T.* 64. *T.* 71. *A. A.*

12. Nerita ſtriis nodoſis; umbilico denticulato; *Liſt. T.* 634.

13. Nerita margine pulvinata, umbilico denticulato. *Liſt. T.* 635.

14. Nerita alba; margine acuta, clavicula plana; *Liſt. T.* 80.

15. Nerita ſulcata; ſulcis cochleatis; circa centrum corona, ovalibus tuberculis ornata, lineis pullis (*c*); coloris plumbei. *Bonanni n°.* 213.

16. Ne-

(*b*) Fibularis *dicitur a ſimilitudine fibularum, ſeu ſphærularum, quibus veſtes conjungimus.*

(*c*) Pullus *color fuliginem ſeu terram nigram pratorum imitatur*, Swartz grau.

16. Nerita vitrea:

a. Colore roſeo, ſemilunulis albis & plumbeis ſpiraliter, *Bonanni n.* 208.
b. Colore albo, maculis pullis & puniceis. *Bonanni n.* 209.
c. Colore carneo, maculis albis & plumbeis. *Bonanni n.* 210.

17. Nerita trium ordinum; *Liſt. Tab.* 139. *&* 140.

§. 18. Species II. Oris margine fimbriato. (*a*)

1. Nerita ſtriata, *Liſt. T.* 73. *f.* 71. Figuram vide in Tab. Noſtra I. n°. 16.
2. Nerita faſciata:

a. Unica faſcia fuſca per medium orbem; *Liſt. T.* 56.
b. Multifaſcis.

(*a*) *Oris pars extrema turgidula, aut eminentia marginem cingens; cui opponitur oris margo ſimplex; os ſimplex.* vid. *Labium* §. 13.

## GENUS II.

## *SERPENTULUS.*

§. 19. Cochlis Convexa; ſpirarum configuratione NERITICA, ſed in hoc a Nerita diverſa, quod orificium propriam ſpiræ ſuæ lamellam ſervet integram, nec adeo ſpiram proximam in ſe recipiat, ſed tegat, eidemque ſe accommodet.

§. 20. Species I. Ore labiato acutangulo, edentulo.

1. Serpentulus pullus: Cochlea ingens pulla, *Liſt. Tab.* 63.
2. Serpentulus faſciatus:

a. Faſcia nigra ſuper ſpiris albis, *Liſt. T.* 67. *f.* 66. & *T.* 68.
b. Faſcia ultimam ſpiram ambiente, *Liſt. T.* 73. *f.* 72.

3. Serpentulus ſtriatus; *Liſt. T.* 77. Pictura exſtat in Tab. Noſtra I. n°. 17.
4. Serpentulus lævis: Cochlea noſtra umbilicata, pulla, *Liſt. T.* 69.

5. Ser-

5. Serpentulus ſubrufus, unica faſcia alba ad marginem, *Liſt. T.* 74. *f.* 73.
6. Serpentulus varius; Turbo variegatus *Liſt. T.* 74. *f.* 74. Figuram vide in Tab. Noſtra I. n. 18.

§. 21. Species II. Ore fimbriato.
1. Serpentulus, quatuor ordinum; Purpura lacuſtris; cochlea pulla quatuor ordinum, coccum fundens, *Liſt. Tab.* 137.
2. Serpentulus faſciatus & maculatus, *Liſt. T.* 76.
3. Serpentulus ad marginem acutam faſcia lata vermiculata eleganter depicta, *Liſt. T.* 66.
4. Serpentulus maculis pullis & puniceis (*a*): *Bonanni n.* 209.
5. Serpentulus cinereus, puniceis punctis aſperſus, *Bonanni n.* 211.

(*a*) Roſienen-farb.

## GENUS III.

## *SOL.*

§. 22. Cochlis parum Convexa, muricibus (*a*) ſpirarum radians.
§. 23. Species:
1. Sol coloris leucophæi (*b*); *Rumphii Tab.* XX. K. *Liſt. T.* 622. *f.* 9. *Bonanni num.* 366. 367. (*c*) **Zonnehoorn** *Belg.* Figuram oſtendit Tab. Noſtra I. n. 19.
2. Solis eclipſis; ſemirotundus; muricibus curtis, coloris flaveſcentis; *Muſei olim noſtri.*

(*a*) Murices *dicuntur proceſſus teſtæ elatiores quicunque; hinc* Muricatus, *cujus partes ſunt notabiliter elatiores; Ita & dicuntur* littora muricata.
(*b*) *Color ex cinericeo flaveſcit, vel ut ſtramen aut arundo in tectis.*
(*c*) Bonanni *colores hujus teſtæ exprimit: Ruſtico veluti amictu induta & terreo colore, quo argenteus nitor celatur.* Idem *cornicula radioſa nominat pinnulas, quibus linea ſpiralis belle laciniatur.*

## GENUS IV.

## *LUNA.*

§. 24. Cochlis Convexo Plana; ore baſeos plano & neglecto.

§. 25. Species:

1. Striata, tribus ſpiris circumactis. *Liſt. T.* 627. Picturam vide in Tab. Noſtra I. n. 20.

## GENUS V.

## *STELLA.*

§. 26. Cochlis Convexa, plicis (*a*) ultra marginem protenſis radioſa.

§. 27. Species:

1. Ore rotundo prominulo. *Liſteri* Nerita ſtriatus, compreſſus, margine ſtellata, *Tab.* 608. *f.* 46. Figuram vide in Tab. Noſtra I. n. 21.

(*a*) Plicæ *ſæpius ſunt ſuperficiei ſinuoſæ corrugationes.*

## GENUS VI.

## *ANGYSTOMA.*

§. 28. Cochlidibus convexis hoc nomen imponimus, ore anguſto irregulari.

§. 29. Species I. Simplex prominulum.

1. Purpuraſcens e cæruleo, apice ad oris initium parum elato, *Liſt. Tab.* 572. *f.* 23.

§. 30. Species II. Fimbriatum ſimplex.

1. Variegatum per ſtrias *Liſt. T.* 77. *f.* 77.

§. 31. Species III. Fimbriatum & dentatum.

a. Monodon: (unidens.)

1. Virginianum *Liſt. T.* 93. *f.* 93, 94. Figuram vide in Tab. Noſtra I. n. 22.
2. Subrufum, quod Liſtero bidens eſſe videtur, clavicula paululum exerta, altero dente vix ac ne vix quidem conſpicuo. Cochlea bidens ſubrufa, clavicula paululum exerta, *Liſteri Tab.* 96. *f.* 97.

3. Faſciis

3. Faſciis & ipſo ore nigricantibus; columella (*a*) unico dente diſtincta *Liſteri Tab.* 95.
4. Rubrum & quaſi reticulatum, *Liſt. Tab.* 648. *f.* 43.
5. Striis capillaceis obliquis, *Liſt. Tab.* 91. *Petiv. Gaz. T.* 13. *f.* 12. *Rumph. Tab.* XXII. N. *Bonanni n.* 220. *Sloane It. Jam.* II. *p.* 238.

b. BIDENS:

1. Margine obtuſo, clavicula compreſſa, *Liſt. Tab.* 83. Cochlea Jamaicenſis depreſſa bidens *Petiv. Gaz. T.* 21. *f.* 6. Cochlea terreſtris minor alba, ore duobus dentibus donato. *Sloane It. Jam.* II. *p.* 227.
2. Labro minus promiſſo, *Liſt. Tab.* 87.
3. Leviter umbilicatum, margine acuto; *Liſt. Tab.* 90. Cochlea terreſtris mediæ magnitudinis, compreſſa, albida, ore duobus dentibus donato, *Sloane ib. p.* 228.
4. Dente uno ad columellam, altero ſub labro. *Liſt. Tab.* 88.

c. TRIDENS:

1. Per Triangulum, *Liſt. Tab.* 92.
2. Ad columellam, *Liſt. Tab.* 94. Cochlea terreſtris maxima, albida, ſpiris parum elatis, ore tribus dentibus donato, repando, *Sloane ib. p.* 229.

d. TETRAODON.

1. Subrufum, quatuor dentibus ſinus formantibus, *Liſt. Tab.* 97. & 98. Cochlea Jamaicenſis minor, ore tetradentino. *Petiv. Mem. Cur. An.* 1708. *p.* 98. *n°.* 11. *Sloane p.* 227.
2. Album faſciatum, faſciis plumbeis & piceis. *Bonanni num.* 216.

e. HEXAODON.

1. Clavicula inverſa; i. e. ore obtorto ad turbinis apicem reſpiciente. Cochlea variegata ſeptem dentibus donata, ſcilicet duobus in fundo, & quinque (*b*) in Labro, *Liſt. Tab.* 99.
2. Ore laterali. Cochlea compreſſa variegata lateribus acutis, ſenis

(*a*) *Et clavicula audit.* Clavicula *Aldrovando & ſequacibus dicitur a clava*, ſcapi *ſeu* columellæ *productio. Quæ circa hunc ſcapum volvuntur, claviculatim torqueri dicuntur.*

(*b*) *Mihi non niſi quatuor dentes in oculos cadunt.*

ſenis minimum dentibus donata *Liſteri T.* 577. *f.* 31. Figura exſtat in Tab. Noſtra I. n. 23.

3. Fuſcum & faſciatum. Cochlea compreſſa fuſca, faſciata, brevior (præcedenti,) ſinu longo ad roſtrum notabili, *Liſt. T.* 577. *f.* 32. Picturam vide in Tab. Noſtra I. n. 24.

## CLASSIS III.

## COCHLIS FORNICATA.

§. 32. Cochlides Fornicatæ ſunt, quarum ſpira maxima in fornicem axe ampliorem excurrit; vel: Cochlis fornicata eſt, quæ ori impoſita & per umbonem lateralem inſpecta, maximæ ſpiræ diametrum axe longiorem habet.

## GENUS I.

## CRICOSTOMA.

§. 33. Eſt Cochlis fornicata; ore circulari, edentulo, fimbriato.

§. 34. Species I. Læve

1. Album *Liſteri Tab.* 75.
2. Corrugatum *Bonanni n.* 212.
3. Faſciatum:
   a. Unica faſcia lata; *Liſteri T.* 607. *f.* 40. Picturam vide in Tab. Noſtra I. n. 25.
   b. Citrinum vel coloris caſtanei, *Liſteri T.* 607. *f.* 39. Exſtat Figura in Tab. Noſtra I. n. 26.
   c. Subrubrum. Trochilus unidens *Liſt. T.* 653. *f.* 53.
   d. Ex fuſco variegatum, apertura fere circinata. *Liſt. Tab.* 50.

§. 35. Species II. Striatum

1. Subrubrum & undoſum *Liſt. Tab.* 648. *f.* 42.
2. Striis granulatis, *Liſt. T.* 653. *f.* 52.

§. 36. Species III. Muricatum:

1. Margine dentato: Nerita parvulus *Liſteri T.* 608. *f.* 46. *a.* Spoortje *Belg. Rumph.* Tab. XX. *lit.* I. Figuram vide in Tab. Noſtra I. n. 27.
2. Striis muricatis, *Liſt. Tab.* 653. *f.* 51.

§. 37.

§. 37. Species IV. Laciniatum. Lobbetje/Wolfpntje/Baardmannetje *Belg.*
1. Sundenſis freti, *Liſt. T.* 608. *f.* 45.
2. Griſeo rufum, intus perlatum, *Rumphii T.* XX. *H.*
3. Multicolor, ſexcentisve coloribus, *Bonanni n.* 31.

## GENUS II.

## *PLATYSTOMA.*

§. 38. Eſt Cochlis fornicata; ore diducto elliptico, ad umbilicum replicato (*a*).

(*a*) *Character ergo hujus generis eſt, umbilicus replicato labio vicinus; dicuntur alias* Valvatæ, Slekhoorns/Alpkruiken/Maanhoorns *Belg.*

§. 39. Species I. Ore ſimplici
1. Faſciatum:
   a. Linea alba ſpirali in latere, *Rumph. Tab.* XXII. *n°.* 1.
   b. Cochlea umbilicata, minor, ſubrufa, ore circinato & operculato Liſteri: Jamaic. *Liſteri T.* 55. Figuram vide in Tab. Noſtra I. n. 28.
   c. E viridi ſubflavum, *Liſt. Tab.* 129.
   d. Literata, cujus lineas ſpirales aliquot albicantes interſecant characteres quidam nigri, *Liſt. T.* 560. *f.* 3. & 4.
   e. Faſcia hepatica obſcura ſuper dorſo cinereo. *Rumph.* XXII. *lit. D.*
   f. Trifaſcis, zonis longitudinalibus, latis, albis, *Rumph.* XXII. *n°.* 2.
   g. Ponderoſa, carnea, rufis & caſtaneis maculis alternantibus faſciata. *Bonanni n.* 169.
   h. Squamis lacteis ſuper oleacino, nitida; ternis faſciis pullis, quas interrumpunt ſquamæ majores. *Bonann. n.* 200.
   i. Pennata (*a*), aſperula, pennulis albis ſuper nigro pluries faſciata integra, *Bonann. n.* 220.

2. Im-

(*a*) Pennæ *dicuntur maculæ ſemilunares ſerietim diſpoſitæ, inſtar pennarum in avium pectore aut tergo; hinc* Pennatus, a, um, Gefiedert/ Gevedert *Belg.*

2. Imbricatum (*b*), linguas animalium extremas effingens; nigra albaque; *Bonann. n°.* 198.
3. Sulcatum:
   a. Et punctatum; maculis atris, ſuper funiculis flavidis ex colore purpureo. *Bonann. n°.* 217.
   b. Undulatum (*c*); **Camelotje**; undis nigris, ſuper ſulcis gyrorum. *Rumph. Tab.* XXII. *lit.* L.
   c. Granulatum; *Rumphii Tab.* XXII. *lit.* M. **De gekorrelde Alykruik / zwarte geribde Doijer of Maanhoorn** *Belg.*
   d. Coſtis (*d*) planis, nigris, ſtriatis, hinc inde albicantibus. *Rumph. ib. lit.* N. **De zwart gevoorende Alykruik / de geribde Doijer of Maanhoorn met zwarte en witte vlekken** *Belg.*
   e. Auris Lunæ; ſulcis profundis, ſtriis latis, maculis grandiuſculis; rariſſima. *Rumph. Tab.* XXII. *n°.* 3. **De opregte Maanhoorn** *Belg.*
      rotundis maculis denſioribus. *Id. ib. n°.* 4.
      faſciis ſpiralibus aurantiis inter maculas albas & nigras. *Id. ib. n°.* 5.
4. Cinereum; ſub vulgari cute margaritica. *Bonann. n°.* 219.
5. Undatum; lineis ruffis. *Liſt. Tab.* 567. *f.* 17. *Tab.* 561. *f.* 7.
6. Vitellum; *Belg.* **Doijer**; a coloris ſimilitudine:
   Rotundatum; oculis albis in ultima ſpira, *Rumph. Tab.* XXII. *lit.* A. an, Cochlea aurantii mali flavedinem imitans ex albo nebulata, *Liſt. Tab.* 565. *f.* 12.?
   Compreſſum leviter hepaticum. *Belg.* **de leggende / gedrukte of platte Doijer.** *Rumph. Tab.* XXII. *lit.* B.

7. Can-

(*b*) Imbrices *ſunt ſtriæ in decurſu fractæ, & ad ſpeciem tegularum in tectis diſpoſitæ; hinc* imbricatus.

(*c*) Undatum *differt ab* undoſo. *Illud de teſtis, undarum more hiulcis: ſic* undoſa *per ſtrias quaſi fluctus repræſentantia:* undulata, *ejusmodi maculas pingentia. vid.* Undoſum §. 42.

(*d*) Coſtæ *ſunt tractus eminentes per corpus teſtæ transverſim, velut coſtæ in corpore animalis, exporrectæ, nonnunquam læves & rotundæ, aliquando planæ, ſtriatæ, rugoſæ &c.*

7. Canrena lima; nigrarum macularum ſeriebus in dorſo albo; *Rumph. Tab.* XXII. *lit. C.*
8. Melaſtomos, Zwart-mondje *Belg.* Coloris intenſe hepatici, ore nigro *Rumph. Tab.* XXII. *lit. E.*
9. Serpentaria; tenuis, parva, nigricans; ſerpentinis inſcriptionibus; *Rumph. Tab.* XXII. *lit. G.*
10. Gothica; Bia Saraſſa Kitsjil; characteribus rufis, velut Gothicis, ſuper dorſo albo, ore purpuraſcente. *Rumph. p. 76. n°.* IX.
11. Punctata; colore fulvo ſuper cute aurea. *Bonann. n°.* 228. Geſpikkelde Dotjer *Belg.*
12. Lineata; albida; crebris lineis ſubrufis transverſim & undatim ductis. *Liſt. Tab.* 559. *f.* 1.
13. Livida; ore interno ex aureo & fuſco nigricante. *Liſt. Tab.* 563. *f.* 10.
14. Poelorontana; Poelorontje *Belg.* a loco ſic dicta. *Rumph. Tab.* XXII. *lit. K.*
15. Montoſa; ex nigro montibus picta, oris labio craſſo & flavo. *Rumph. Tab.* XXII. *lit. I.*

§. 40. Species II. Ore fimbriato:

1. Faſciatum; pullum; capillaribus ſtriis leviter exaſperatum. *Liſt. Tab.* 42. 43.
2. Maculatum; Limax *Bonanni n°.* 224. *Liſt. Tab.* 567. *f.* 18.
3. Punctatum; colore lacteo ſuper nigro. *Bonann. n°.* 218.
   colore rufo ſuper albo; *Liſt. Tab.* 564. *f.* 11.
4. Onychinum; *Bonann. n°.* 225.
5. Variegatum; coloribus ſubviridi, rufo & croceo, dilutis; commiſſuris a faſciola alba claviculatim intorta, in umbilico fultis. *Bonann. n°.* 226.
6. Sublividum; ore fuſco; ad baſin cujusque orbis velut funiculo conſtrictum; *Liſt. Tab.* 569. *f.* 19. 20.
7. Subflavum; unicolor; *Liſt. Tab.* 566. *f.* 14.
   ima parte volutæ primæ breviter ſinuatum, quem ſinum alba linea circumſcribit. *Liſt. Tab.* 565. *f.* 13.
8. Subrufum; media & ima parte albicante. *Liſt. Tab.* 559. *f.* 2.
9. Anonymum; Jamaicenſe; *Liſt. Tab.* 84. *f.* 84.

GE-

# GENUS III.

## DONTOSTOMA.

§. 41. Eſt Cochlis fornicata; ſemilunato ore dentato.

§. 42. Species I. Dentibus ad Columellam.

1. Striatum:
   - a. Variegatum majus; ex auro vel croceo rufeſcens. *Liſt. Tab.* 595. *f.* 1.
   - b. Variegatum minus; per ſtrias profundas ex rufo. *Liſt. Tab.* 598. *f.* 12.
   - c. Undoſe (*a*) maculatum; ex nigro tenuiter ſtriatum. *Liſt. Tab.* 598. *f.* 13.
2. Faſciatum:
   - a. Faſciis tribus variegatis ex fuſco purpuraſcens. *Liſt. Tab.* 602. *f.* 20. Figuram vide in Tab. Noſtra I. n°. 29. l. a. & b.
   - b. ——— inæqualibus miniatis, ore citrino. *Liſt. Tab.* 603. *f.* 21.
   - c. ——— literatis, maculoſe purpuraſcens. *Liſt. Tab.* 603. *f.* 23.
   - d. Faſciis transverſis. *Bonann. n°.* 216.
3. Undulatum læve; undis citreis in ſubviridi ex flavo. *Liſt. Tab.* 603. *f.* 22.
4. Viride, exiguum; *Liſt. Tab.* 601. *f.* 18.
5. Sulcatum; tenue; raris & profundis ſulcis nigris, clavicula flaveſcente; dentibus brevibus, duobus tribusve; *Liſt. Tab.* 596. *f.* 4.
6. Nigrum; dentibus quinque; *Liſt. Tab.* 596. *f.* 5.
7. Aduncum; mucrone (*b*) incurvo; plurimis exiguisque dentibus. *Liſt. Tab.* 601. *f.* 19.

(*a*) Undoſum *vel* flexuoſum, *per ſimilitudinem ab undis, modo ac modo declivibus; ſive vel altiore vel profundiore decurſu apparentibus. vid.* undatum §. 39.

(*b*) Mucro *nobis eſt apex ex cochlide exſertus; ſive conus acutior ex ampliori baſi procedens.*

§. 43. Species II. Dentibus utrinque; (ad Columellam & ad Labium).

1. Striatum;
   - a. Ore citrino; tenuiter ſtriatum; *Liſt. Tab.* 598. *f.* 11.

b. Bi-

b. Bifariam ſtriatum; ſtriis majoribus & minoribus alternantibus. *Liſt. Tab.* 598. *f.* 14.

2. Sulcatum;

a. Inter latos ſulcos ſtriatum, & variegatum. *Liſt. Tab.* 599. *f.* 15. *Tab.* 600. *f.* 16.

b. Profunde ſtriatum; ex purpura nigricans. *Liſt. Tab.* 595. *f.* 2.

c. Dentibus introrſum inflexis, profunde ſulcatum. *Liſt. Tab.* 595. *f.* 3.

d. Multis & exiguis ad Labrum, admodum paucis brevibus & acutis ad Columellam. *Liſt. Tab.* 596. *f.* 6. 7. leviter ſulcatum.

e. Ex albo & nigro variegatum, profunde ſulcatum. *Liſt. Tab.* 597. *f.* 9. (*a*)

f. Nigrum; leviter ſulcatum. *Liſt. Tab.* 597. *f.* 10.

3. Undatum; ore citrino. *Liſt. Tab.* 600. *f.* 17.

4. Mucronatum, depreſſum; lateribus acutis, ſenis minimum dentibus; *Liſt. Tab.* 577. *f.* 31. *Belg.* Toveraar/ Toverſlak/ Stormſlek/ Onweershoorn/ Oude Wyf met tanden/ *Rumphii Tab.* XXVII. *lit.* I. An ad *aures Midæ?* (*b*)

(*a*) *An, Nerita Jamaicenſis ex albo & rubro teſſellata;* Petiv. Gaz. Tab. 13. f. 12.?

(*b*) *An cochlea Bengalenſis, ore lacerato;* Petiv. Tab. 4. f. 10.?

## GENUS IV.

## *PENTA-DACTYLUS.*

§. 44. Eſt Cochlis fornicata, Labro diducto, in quinque canaliculos (*a*) vel murices exeunte.

§. 45. Species I. Dorſo ſtriato, *Liſteri Tab.* 804. *f.* 12.

Species II. Dorſo nodoſo & maculato, *Liſt. T.* 804. *f.* 13. *Bonann. n°.* 173. Figura exſtat in Tab. Noſtra I. n°. 30.

(*a*) Canaliculi, Canales, Tubuli, *ſunt proceſſus teſtarum pervii; præcipue verticum proceſſus elongati.*

## G E N U S V.

## *T R I B U L U S.* (*a*)

§. 46. Eſt Cochlis fornicata, circumcirca muricata.

§. 47. Spec. I. Leucophæus, ore albo, nonnihil flavo & roſeo; labio intus verrucoſo. Bandanus, **Bandaſche Pimpeltje / de groote getakte Moerbei**; *Rumph. Tab.* XXIV. *lit.* C. Figuram vide in Tab. Noſtra VII. n°. 112.

Spec. II. Caſtaneus; exiguus; **Bruine Pimpeltje.** *Rumph. p.* 82.

Spec. III. Flav-oſculum; **kleine Geelmond / kleine getakte Moerbei /** *Belg.* rotundum; albicans; muricibus nigris; ore ſtriato ex luteo micante. *Rumph. Tab.* XXIV. *lit.* E.

(*a*) *Latius hoc nomine utimur, ac* Rumphius, *qui alius generis teſtæ, infra nominandæ*, TRIBULI *nomen impoſuit.*

## *C L A S S I S IV.*

## COCHLIS ELLIPTICA.

§. 48. Cochlides ellipticæ nobis audiunt, quarum venter Ovalis, depreſſus, in mucronem ſpiralem (*a*) terminatur.

(*a*) Spiræ *ſunt cochleares circumvolutiones, vel in ſiniſtram vel in dextram flexæ. Aliis;* Helices, gyri, anfractus. *Sed nos anfractus a ſpiris diſtinguimus cum* Majore, *cui ſunt diſtinctiones annuæ, ſeu* epiphyſes *circa orificia Turbinatorum, velut annuli in boum cornubus.*

## G E N U S I.

## *A U R I S.*

§. 49. Auris marina, a ſimilitudine auris humanæ dicta; cujus concham (quæ auris externa) quodammodo imitatur. Gyri (*a*) apparent in ſuperficiei convexæ extremitate.

(*a*) *Vide* ſpiræ §. 48.

§. 50.

§. 50. *Synon.* Patella fera, *Rondel.* Meer-Ohr; wilde Schuſſel-Muſchel/ *Gesn.* Lepas Agria, *Ariſt.* Mother of Pearl, *Angl.* Patella major *Bellon:* Malaice; Telinga Maloli; Bia Sacatsjo, Hoviley, *Ind.*

§. 51. Species I. Lævis.

1. Longior viridis in nigro; *Belg.* **Maloli-oor/ Zee-oor/ lange Paarlemoerſchulp.** *Rumph. Tab.* XL. *lit.* E. F.
2. Latior; cretata; granulata; *Belg.* **de kleine ronde Paarlemoer-ſchulp**; *Rumph. ib. lit.* G. Vide Figuram in Tab. Noſtra VII. n. 113.
3. Breviſſima; ſine foraminibus. *Rumph. ib. lit.* I.
4. Anguſtior; exotica; ex flavo virideſcens; maculoſa. *Liſt. Tab.* 610.

§. 52. Species II. Striata.

1. Tenuis; lata; leviter ſtriata. *Rumph. Tab.* XL. *lit.* H.
2. Mexicana maxima, in centro cruſtoſa; *Langii.*
3. Vulgaris, *Bonann. n.* 10. 11. *Liſt. de cochl. pag.* 167. *Tab.* 16. & *Hiſt. Tab.* 614.
4. Major, latior; plurimis foraminibus, eorumque veſtigiis, ad 40. circiter, conſpicuis; clavicula elata. *Liſt. Tab.* 611.
5. Minor; denſe in margine interna ſtriata; Africana; *Liſt. Tab.* 612. *f.* 3.
6. Aſpera; parva; rotunda; clavicula lata, compreſſa; limbo valde lato cincta. *Liſt. Tab.* 612. *f.* 4.
7. Profunde ſulcata; ingens; *Liſt. Tab.* 613.

## G E N U S II.

## *C A T I N U S L A C T I S.*

§. 53. Eſt Cochlis elliptica; inſtar catini lactis; lævis; intus lactea; circa alterum extremum, Nautili more, quodammodo in anſam intorta. Milch-napf; **Melknapje; witte Oorſchulp**/ *Rumph. Tab.* XL. *lit.* R. Figura exſtat in Tab. Noſtra VII. n. 114.

## G E N U S III.

## *V I T T A.*

§. 54. Eſt Cochlis elliptica depreſſa; ore ſemilunari diducto, edentulo; *Anodontes* vocata.

§. 55. Spec. I. Nivea.

1. Ponderoſa, ex mari rubro; *Bonann. n.* 7.
2. Nitida; rarior; *Fab. Col. Liſt. Tab.* 571. *f.* 22.

Spec. II. E cæruleo vireſcens; operculo ſubcroceo. *Liſt. Tab.* 141. *f.* 38.

Spec. III. Cancellata; *Liſt. Tab.* 566. *f.* 16.

Spec. IV. Subviridis; lineis capillaceis nigris obliquis. *Liſt. Tab.* 605. *f.* 33.

Spec. V. Ore ſubcroceo, nigro-linea, exigua. *Liſt. Tab.* 605. *f.* 31. An Nerita Jamaicenſis alba, parva; ſtriis caſtaneis; *Petiv. Gaz. Tab.* 15. *n.* 8.?

Spec. VI. Faſciata: &

1. Reticulata; Labro producto, faſcia lata albicante. *Liſt. Tab.* 606. *f.* 38. Figuram vide in Tab. Noſtra II. n. 31.
   Subrufa *Liſt. Tab.* 607. *f.* 43. 44.
2. Squamea; binis faſciis eleganter picta. *Liſt. Tab.* 606. *f.* 35. Icon exſtat in Tab. Noſtra II. n. 32.
3. Purpuraſcens; *Liſt. Tab.* 606. *f.* 36. 37.
4. Faſcia alba, nigricans. *Liſt. Tab.* 606. *f.* 34.
5. Nubes maculis imitans; *Jonſtoni Tab.* XI.
6. Striis nigro-cinereis, faſciis albis & latis. *Rumph. Tab.* XXII. *n°.* 7.
7. Inter ſtrias planas & latas, nigris & albis maculis picta; craſſo oris limbo. *Rumph. p.* 78. *n°.* VIII.

Spec. VII. Undata vel maculata.

1. Lineis nigris capillaceis criſpata. *Liſt. Tab.* 605. *f.* 32. *Sloane It. Jam.* II. *p.* 237.
2. Albida lineis anguſtis umbroſis. *Liſt. Tab.* 604. *f.* 24. 25.
3. Alia, *Liſteri Tab.* 604. *f.* 27.
4. Maculata & reticulata. *Liſt. Tab.* 604. *f.* 28. *Tab.* 605. *f.* 30.
5. Maculis trigonis. *Liſt. Tab.* 604. *f.* 29.
6. Maculis latis flaveſcentibus. *Liſt. Tab.* 604. *f.* 26.
7. Striis ſubtilibus, colore fuſco, albo & nigro pictis. *Rumph. Tab.* XXII. *n°.* 6.

GE

## GENUS IV.

## *CIDARIS.*

§. 56. Eſt Cochlis Elliptica duarum ſpirarum, externa figura Turcico capitis tegumento vittato ſimilis; ex ſpira maxima, altera in ſphærellam eminens.

§. 57. Spec. I. Ore admodum expanſo; depreſſa; leviter ſtriata. *Liſt. Tab.* 570. *f.* 21.

Spec. II. Subrufæ; *Liſt. Tab.* 607. *f.* 41. & 42. Picturam vide in Tab. Noſtra II. n. 33, 34.

## GENUS V.

## *MAMMA.*

§. 58. Mammis aſſimilamus Cochlides Ellipticas paucarum ſpirarum ex ventre oblongo, turgido, in papillarem mucronem leviter aſſurgentes.

§. 59. Spec. I. Albula. Iſſo paleſſu; i. e. carne abundans.

1. Candidiſſima. *Rumph. Tab.* XXII. *lit.* F.
2. Macula ad os, nigra. *Rumph. p.* 76. *n°.* VII.
3. Leviter flaveſcens, eburnea, lineis nigerrimis, flexuoſis; *Bonann. n.* 389.
4. Faſciata. *Liſt. Tab.* 142. *f.* 36.

Spec. II. Cingaris; coloris aurantii. *Rumph. p.* 76.

Spec. III. Virginea; mucrone, ſive mammilla vix apparente:

1. Hieroglyphica, faſciis albis cum contiguis nigris lineis in veſte, velut lacca nitente, ductis. *Bonann. n.* 399.
2. Ramoſa, habens faſciam teſſeris alternantibus ramoſam. *Bonann. n.* 400.
3. Nigra, lacteis guttis & media faſcia alba diſtincta. *Bonann. n.* 401.
4. Ore fimbriato, coloris lactei, duabus zonis cinereis & atris vittata; *Bonann. n.* 402.
5. Squamata, ſquamis lividis & albis picta, ſuper anthracino (*a*). *Bon. n.* 205.

(*a*) Anthraces *dicuntur carbones; unde* anthracinum.

Spec. IV. Æthiopiſſa; Krangſuſſu; ſulcata, ſquamata, intus parce margaritica.

1. Nigra tota. *Belg.* **Zwartgeborende of kleine Maanhoorn met het Mammetje.** *Rumph. Tab.* XIX. *lit.* C.
2. In nigro viridis & alba. *Rumph. p.* 70.

Spec. V. Vetula. Eſt mamma ſpiraliter parce ſtriata, albo nigra, lineis albis intermixta in ſuperficie griſea; os patulum intus album, lineatum, in margine plicatum, caſtaneo & flavo colore imbutum. *Muſ. noſtri.*

1. Major, ſtriis ſubtilibus.
2. Minor, ſtriis craſſioribus.
3. Longa, ſtriis fuſcis, flammeis, albis, ore leucophæo nitente, labio leviter denticulato.

Spec. VI. Globoſa; cujus mucro papillam ex iride prominulam imitatur.

1. Pramnios, lapidi lydio, colore aterrimo, ſimilis. *Bon. n.* 164.
2. Ternis faſciis albis & zonis rubeis, punctatis. *Bon. n.* 203.
3. Charletan ſ. zanni, coloribus igneo, purpureo, flaveſcente, velut veſtis perſonæ ridiculariæ diſtincta. *Bonann. n.* 334.
4. Umbilicata, nitida, quatuor faſciis albis cruentatis & heluaceo colore undatis cincta, ſuper veſte arundini indicæ ſimili. *Bonann. n.* 372.

Spec. VII. Variolata, vix trium ordinum frequentibus punctis aſperſa ex pice crocea. *Bonann. n.* 180.

Spec. VIII. Maculata

1. Candida, maculis ovalibus, filo pullo circumſeptis. *Bon. n.*204.
2. Punctata, rubra, clavicula paululum producta. *Liſt. T.* 560. *f.* 5.
3. Tenuis & pellucida. *Liſt. Tab.* 566. *f.* 15.

Spec. IX. Verrucoſa, papilla prominente, labio oris ad columellam repando, extus denſis variolis aſpera, nigricans, intus cornea. *Liſt. T.*989. *f.*49. **De geknobbelde Wydmonder of Rudolphus-Hoorn** *Belg.*

## GENUS VI.

## *SCAPHA.*

§. 60. Eſt Cochlis elliptica explanata, pauciſſimis ſpiris ad alterum latus inflexa, quæ, inverſa, ſcaphæ ad inſtar natare dicitur.

§. 61. Species I. Spiris binis abſoluta; teſta levi; tereti; in parte gibba coccineo humore imbuta, quam lineolæ nigræ albeſcentes diſcolorant. *Bon. n.* 197. Icon exſtat in Tab. Noſtra VII. n. 115.

CLAS-

# *CLASSIS V.*

## CONO-COCHLIS SEU COCHLIS CONICA.

§. 62. Cono-Cochlides ſunt gyri (ſpirales) in Conum geometricum turbinati.

## GENUS I.

## *TROCHUS.*

§. 63. Eſt Conus spiralis amplioris & complanatæ baſeos, ut fere rectus inſiſtat horizonti. A ſimilitudine inſtrumenti, quod Pueri ſcutica circumagunt, nomen petiit *Rondeletius.*

§. 64. *Synon.* Bia-Cucuſſan, ſive infundibulum. *Belgis:* **Tollen / Pyramiden / Bagyne-drollen.** *Badanens:* Tombor: Meer-topffe / Topf-achtige Schraub Schnecken / *Gesn.*

§. 65. Species I. Lævis:

1. Maculatus:
   - a. Æqualium fere laterum, ſpiris planis, ſuperioribus in concurſu nonnihil crenatis, ſub cruſta ex obſcura rubedine nigreſcente, margariticus; ore oblongo, anguſto, in ambitu umbilici guttato (*a*); *Rumph. Tab.* XXI. A. B. *Aldrovandi p.* 363. Trochus pyramidalis. **De geblaſte Tol** *Belg.*
   - b. In omnibus ſpirarum juncturis crenatus, *Rumph. Tab.* XXII. *n°.* 3.
   - c. Flammis rubidis, viridibus, albisque. *Rumph. ibid. n°.* 4.
   - d. Late radiatus ex amplo ore rubro. *Liſt. Tab.* 617. *f.* 3.
   - e. Intus perlatus, extus terreis faſciolis ſegmentatus. *Bonann. n.* 102.
   - f. Variegatus ex viridi; parvus. *Liſt. Tab.* 618. *f.* 4. Figura exſtat in Tab. Noſtra II. n. 35. a. & b.
   - g. Ex rufo nebulatus, major. *Liſt. Tab.* 620. *f.* 6.
   - h. Spiris convexis, rubro & albo maculatis. *Rumph. Tab.* XXII. *n°.* 5.

i. *Schyn-*

(*a*) Guttæ *dicuntur maculæ rotundæ, per marginem integrum circinatæ.*

i. *Schynvoetii* apud *Rumph. Tab.* XXII. *n°.* 8. 9. 10.
k. Tuberoſus, acutus; albus & ruber. *Rumph. ib. n°.* 6.

2. Faſciatus:
a. Granulis ſtriarum puniceis, faſciola ſpira li alba. *Rumph. Tab.* XXI. *n°.* 1.
b. Adriaticus; minimus; flaveſcens; maculis rubicantibus & terreis, filo albo interſpirali. *Bonann. n.* 91.
c. Acutus, ſub cuticula crocea nitide margariticus. *Bon. n.* 93.
d. Sub lacca nitidus, maculis linearibus. *Bonann. n.* 99. colore ſanguineo.
e. Faſcia interſpirali teſſellata; ex mari Adriatico; cochloides latior. *Bonann. n.* 98.
f. Albus, leviter umbilicatus, exiguus, pluribus faſciis cinctus; *Liſt. Tab.* 59. *f.* 56. Hiſpanicus.
g. Mons peſſulanus, exiguus faſciatus. *Liſt. Tab.* 61. *f.* 58.
h. Limbo anguſto, in quovis orbe medio cinctus. *Liſt. Tab.* 616. *f.* 1. Figuram vide in Tab. Noſtra II. n. 36.

3. Virgatus (*a*):
a. Inter ſpiras ſulcatus, vix ciceri æqualis. *Bonann. n.* 97.
b. Labrum Leonis; *Bonann. n.* 94. 95. 96.
c. Urna pyramidalis prima, *Bonann. n.* 89.
d. Labeo; *Belg.* **Diklip.** *Rumphii Tab.* XXI. *lit.* E.
e. Tombor; **de gegranuleerde Tol**; *Rumph. Tab.* XXI. *lit.* C.
f. Trochilus *Schynvoetii* apud *Rumph. ib. n.* 11.

(*a*) Virga *a ſimilitudine meteori cognominis dicitur, plaga ſeu macula ex acuto apice condenſatis lineis in latum ſenſim exporrecta. Inde* virgatus, *qui ejusmodi picturam exhibet. Habemus &* virgas ſinuoſas, *quarum latera non rectis ſed flexuoſis lineis terminantur.*

§. 66. Species II. Aſper.

1. Muricatus: Albidus Jamaicenſis *Liſt. Tab.* 628. *f.* 14.
Nodoſus in baſi; cæterum muricatus. *Liſt. Tab.* 646. *f.* 39.
2. Polygonus; umbilicatus ore rotundo, ſub cortice marmoreo margariticus. *Bonann. n.* 100.
3. Longævus; quod diu extra aquam vivit animal; ſive Papuanus; ſaxeus, feneſtratus, griſeus, eum pauco virore intus perla

perla mortua. *Rumph. Tab.* XXI. *lit.* D. **De Papoeſche of langlevende Tol / Moorſche Tempel** *Belg.*

4. Hiſpidus in ſpiris, quaſi rectangulis inter fila cærulea, aurantia & fuſca. *Rumph. Tab.* XXI. *n°.* 2.
5. Fuſcus & albus; feneſtratus (*a*) *Schynvoetii ad Rumph.* *p.* 75. *Tab.* XXI. *n°.* 7.
6. Pharaonis Cochlea. *Bonann. p.* 138. *n.* 195. & *p.* 144. *n.* 222. *&* 223.
7. Undatus ſive ſinuoſus (*b*).
   a. Variegatus ex rubro. *Liſt. Tab.* 619. *f.* 5.
   b. Auricula ad Columellam tortili. *Liſt. Tab.* 625. *f.* 11.
   c. Similis, ſed major. *Liſt. Tab.* 630. *f.* 16. *Tab.* 626. *f.* 11. a.
   d. Similis, columella dentata. *Liſt. Tab.* 632. *f.* 20.
   e. Aſper & inæqualis. *Liſt. Tab.* 629. *f.* 15.
   f. Ex viridi & ruſo variegatus; baſi lævi; ſtriis multum extantibus. *Liſt. Tab.* 646. *f.* 38.
   g. Striis undoſis aſper. *Liſt. Tab.* 631. *f.* 18.
8. Verrucoſus:
   a. Variegatus ſtriis nodoſis; baſi valde cava. *Liſt. Tab.* 631. *f.* 17.
   b. Brevis; ex rubro undatim virgatus; cæterum ſubcæruleis ſtriis nodoſis, valve aſper. *Liſt. Tab.* 632. *f.* 19.

(*a*) Feneſtratus, *qui cellulas profundas habet feneſtrarum more diſpoſitas.*

(*b*) *Vide* virga §. 65.

## GENUS II.

## *HAMUS.*

§. 67. Reticulo piſcatorio, quo piſces ex majoribus receptaculis hauriuntur, adſimilamus COCHLIDEM TROCHIFORMEM obtuſam, margine lacero, labio nonnihil exerto & acuminato.

§. 68. SPECIES I. In longum coni elatioris ſtriatum, *Liſt. Tab.* 623. *f.* 9.
SPECIES II. Muricatum. *Liſt. Tab.* 644. *f.* 36. Icon exſtat in Tab. Noſtra II. n. 37.

## G E N U S III.

## *P S E U D O - T R O C H U S.*

§. 69. Eſt Trochoides longa, ore in canaliculum exertum contracto.

§. 70. Species I. Lævis:

1. Faſciis tricolor, ſeu Buccinum ſeptem ordinum, faſciis fere bicoloribus, interdum tricoloribus, iridis inſtar pictum, *Liſt. Tab.* 15. *f.* 10. Icon exſtat in Tab. Noſtra VII. n. 116. Buccinum Barbadenſe perelegans, faſciatum; *Petiv. Gaz. Tab.* 22. *f.* 11.
2. Pentazonos, ſeu quinque faſciis cinctus, trochiformis. *Bonann. n.* 66.

Species II. Striatus; inſigniter elongatus; **Zeeton**; coloris nigro-caſtanei, ſtriis nonnihil aſperis; *Rumph. Tab.* XXI. *n°.* 12. Trochus fuſcus, clavicula valde producta. *Liſt. Tab.* 624. *f.* 10. Strombus admodum productus, ſub cortice ſulcis rugoſo, margariticus. *Bonann. n.* 92.

## G E N U S IV.

## *S T R O M B U S.*

§. 71. Strombi ſunt canales ſpirales in Conum acutum & longum contorti.

§. 72. *Synon.* **Naalden**; **Zeepots**; Turbines; **Pennen**; Binkrang, Diarong, Nadeln / Schraub Schnecken.

§. 73. Species I. Aculares; Nadelförmige.

A. Lævis, ſeu Subula:

1. Maxima; **Marlpriem**; **dikke Tyger-pen.** Strombus maximus, palmam longus, albidus, nubeculis nigro-cæruleis ſuper cingulis pictus. *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* A.
2. Teſſellata, ſpiris velut geminis:
   a. Teſſeris nigris; *Belg.* **de zwartgevlekte Naald / de dunne Tyger-pen**; *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* B.
   b. ——— ſubfuſce rufis. *Liſt. Tab.* 842. *f.* 70.
   c. ——— plumbeis, quodammodo faſciatus; **de grauwachtige Naald / de omgewonde Pen.** *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* C.
3. Orthoceras; teſta quaſi eburnea, ore anguſto ſemilunari. *Bon. n.* 118.

4. To-

4. Toroceras, ſulcatus, maculis latis, ex rufo nigricantibus, radioſis. *Liſt. Tab.* 841. *f.* 69.
5. Teleſcopium: duplicatis velut orbium ſpiris cochleatur, in quarum altera teſſellulis conchyliatis pulchre diſcriminatur color albus, quo totus tegitur. *Bonanni n.* 317. *Liſt. Tab.* 846. *f.* 74.
6. Marmoratus; nitidus; longus; acutus; juncturis ſpirarum vix dignoſcendis, maculis rufis. *Bonann. Tab.* 126. *n.* 107.
7. Subniger, paluſtris; craſſulus. *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* Q.
8. Alternas ſpiras latiores & ſtrictiores ex flavo nebulatas exhibens. *Liſt. Tab.* 843. *f.* 71.
9. Flammea, albis ſerpentulis, tenuis. *Rumph. p.* 100. *n.* V.
10. Folium Tritici; Strombus indicus rarus & pulcher; niveus & nitens, ex binis faſciolis ſpiralibus, quæ triticea folia ſuo acumine exprimunt, bis cinctus. *Bonann. n.* 109. Icon exſtat in Tab. Noſtra VII. n. 117.
11. Infundibulum; Strombus brevis, ventricoſus, canaliculatus, faſciis ſubrufis per ſpiras planas ſulcatas pictus; *Liſt. Tab.* 844. *f.* 72.

B. Aſper:

1. Lima.
   a. Caſtanea; denticulis (*a*) & rugis aſpera; **de Naald-pen**; *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* F.
   b. Chalybea; ſpiris ſulcatis ex cæruleo chalybeis, aliquando albis, nigredine aſperſa; **de fyne Naald of Zeil-naald**; *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* I.
   c. Faſciatim ſtrigilata (*b*). **De gegranuleerde Naald**; *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* H.
   d. Lancinula; **Piekenier**; parva, tenuis, alba; cujus cancellorum extremitates haſtularum apices referunt. *Rumph. ib. lit.* G.
2. Acus Sartoria, per faſcias ſpirales ſtriata; *Liſt. Tab.* 845. *fig. altera minor.*
3. Luſſapinjos; a loco;

a. Ebur-

(*a*) Dentes *ſunt apices breves, vel obtuſi vel acuti.*

(*b*) Strigiles *ſunt* Wormio *canaliculi apertis ſtriis intercepti.* Striges *ſunt interſtitia depreſſiora & plana, vel ſtriarum vel coſtarum.* Columna.

a. Eburneus; De Yvoore Marlpriem / de gekartelde Pen; ſpiris dentatis & ſtriatis flavis. *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* E.
b. Faſciatus; & punctatus in ambitu ſpirarum. *Liſt. Tab.* 846. *f.* 75.
4. Borongan; Sipotkilſil; paluſtris; labioſus, apice plerumque fracto, ſpiris dentatis; intus albus; de Ceramſche Baſtaard Marlpriem / de West-indiſche Baſtaard Paus-kroon; Falſch/ Baſtart-Bapſt Krohn. *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* Q.
5. Paſtinaca; a figura; Strombus dentatus in labro interno; ore acuminato; fuſca. *Liſt. Tab.* 837. *f.* 63.
6. Siphunculus, ſuper ſpiris convexis perpendiculariter denſe ſtriatus; *Liſt. Tab.* 837. *f.* 64.
7. Faſcis
a. Semilævis; videlicet ſupra lævis, infra ſtriatus. *Liſt. Tab.* 979. *f.* 37.
b. Duplicatus; in orbibus maculatis per longum ſtriatus. *Liſt. Tab.* 979. *f.* 36.

§. 74. Species II. Cochloides, proprie Schraub-ſchnecken; ſpitze Schrauben; ſpiris
A. Planis: depreſſus in primi orbis parte ſuperiore, albus. *Liſt. Tab.* 591. *f.* 57.
B. Toroſis (*a*), mit gantzen Stäben gewunden.
1. Lævibus:
a. Marmoreus; albus; decem orbibus tumidis; ore laterali anguſto. *Bonann. n.* 24.
b. Faſciatus; ore rotundo, contracto & plicato. *Bon. n.* 106.
c. Aſtragaloides ſuper toris; mit ringen über den Stäben gedrehet/ coloris roſei. *Bonann. n.* 114.
d. Tenuis; exiguus, ore circinnato. *Liſt. Tab.* 20. *f.* 16.
e. Olivaris Jamaicenſis, ſtriis capillaribus; *Petiv. mem. cur.* 1708. *p.* 98. *n.* 15. *Hans Sloane, It. Jam.* II. *p.* 230. *Liſt. Tab.* 21. *f.* 17.
f. Rufus, exiguus quinque ſpirarum. *Liſt. Tab.* 22. *f.* 19.
g. Orizæ granum, exiguus, albus, ſeptem orbium; *Liſt. Tab.* 40. *f.* 38.

2. Stria-

(*a*) Torus *eſt annulus craſſus vel articulus rotundus in columnis.* Der Stab; *unde* toroſus.

2. Striatis.

a. Tiburtinus, ſubtiliſſimis crenis criſpatus, colore lapidis Tiburtini, ex mari Adriatico. *Bonann. p.* 116. *n.* 23.

b. Carminatus, albidus, ad imum quemque orbem una vel altera ſtria majuſcula; ore rotundo, parum ad ſiniſtram labiato. *Liſt. Tab.* 591. *f.* 56.

c. Clava; magnus, ore lunato ſimplici; ſeu cochlea longiſſima clavicula, medio quoque orbe unica, valde acuta & eminente, ſtria. *Liſt. Tab.* 591. *f.* 59.

d. Cippus viarum ſimplex; ein einfacher Weg-weiſer; *Belg.* **de enkelde Trommelſchroef**; gyris convexis, ſtriatis; coloris aliquando caſtanei, aliquando albi. *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* M.

e. Eroſus; molem grani hordeacei æquans, colore figulino, vel tophaceo, ſpiſſis contuſionibus æqualiter excavatus. *Bonann. n.* 108.

f. Σαλπιγξ *Fabii Columnæ.* Buccinum ſtriatum, *Liſt. Tab.* 590. *f.* 54. Tuba eburnea longiſſima, ſpiris ventricoſis; *Bonann. n.* 118.

g. Rufus ex fuſco, ſtriis lævibus, ore rotundo, anguſto. *Liſt. Tab.* 590. *f.* 55.

h. Faſciis teſſellatis (*a*) in quoquo orbe duabus. *Liſt. Tab.* 592. *f.* 60.

i. Variegatus in ſpiris anguloſis, grandiuſculus. *Liſt. Tab.* 593. *f.* 61.

C. Echinoſis; aus viertel Stäben gedrehet.

1. Simplicibus:

a. Xylohelix; Cochlea lignorum, Holtz Schraube; propter ſpiras ejusmodi cochleæ ſimiles. Apice obtuſo. *Bon. n.* 112.

2. Geminis:

a. Helix acuta: Spitz Schraube; notulis rufis ſignata. *Bon. n.* 117.

b. Peglia, ſpiris per angulum acutis & faſciis latis, ab invicem diviſis. *Bonann. n.* 67.

D. Trochiloſis: mit Hohl Kehlen.

1. Lævibus

a. Coccyx: (*ab oſſis coccygis ſimilitudine*) regularis, eburneus. *Bonann. n.* 113.

b. Coc-

(*a*) Teſſellatum, *quod quadratulis diverſi coloris alternantibus quaſi ſtratum eſt.*

b. Coccyx irregularis ſive hiulca; Strombus albus in mediis orbibus ſæpe depreſſus. *Liſt. Tab.* 589. *f.* 53.

c. Polyophthalmos; oculatus in juncturis. **De roſſe Paald met witte dzuppels of zoutkozls / de wit-geplekte Pen /** *Rumph: p.* 100. *Tab.* XXX. *lit.* D.

2. Carminatis

a. Sagitta. Excavatus in medio cujusque orbis; albidus. *Liſt. Tab.* 591. *f.* 58.

## G E N U S V.
## *T Y M P A N O T O N O S.*

§. 75. Trommel Schraube. *Belg.* **Trommelſchzoeven.** Eſt STROMBUS acute muricatus; ore irregulari, vario.

§. 76. SPECIES I. Fluviatilis:

1. Fuſcus, atro purpureis faſciis ex ore videndis cinctus, ſtriatus, & limbis acutis, maxime prioribus aſper. *Liſt. Tab.* 120. *f.* 15. Figuram vide in Tab. Noſtra II. n. 38.
2. Faſciatus & muricatus per medios orbes. *Liſt. Tab.* 121. *f.* 16.
3. Striatus & muricatus, fuſcus. *Liſt. Tab.* 121. *f.* 17. Pictura exſtat in Tab. Noſtra II. n. 39.
4. Nodoſe ſtriatus, oris labio effuſo. *Liſt. Tab.* 122. *f.* 18.; unicornu undoſum, nodoſum & verrucoſum. *Petiv. Gaz. Tab.* 5. *f.* 5. Icon exſtat in Tab. Noſtra II. n. 40.
5. Similis, minor; *Liſt. Tab.* 122. *f.* 19.
6. In primis orbibus muricatus; cæterum nodoſus in ſtriis; *Liſt. Tab.* 122. *f.* 20.

SPECIES II. Pelagius:

1. Roſtratus, leviter dentatus, fuſcus, ſtriatus & faſciatus; *Liſt. Tab.* 836. *f.* 62.
2. Minor, ore contracto, *Liſt. Tab.* 1018. *f.* 81. Jamaicenſis. Buccinulum recurviroſtrum, nigrum, ſtriatum & aſperum, minimum. *Hans Sloane It. Jam.* II. *p.* 231.
3. Loricatus (*a*), recurviroſter, turgidulus; labio oris ſemilunati criſpo; *Liſt. Tab.* 1019. *f.* 82. Unicornu foſſile, faſciis regularibus verrucoſis. *Petiv. Collect. n.* 90.
4. Undatus, rugoſe; labio rotundo, effuſo; ore longo anguſto. *Liſt. Tab.* 1021. *f.* 85.

GE-

(*a*) Loricatus *per ſimilitudinem* loricæ *dicitur, cruſta aſpera velut denſe ex funiculis vel catenulis contextæ.*

## GENUS VI.

## *VERTAGUS.*

§. 77. Eſt Strombus Styli-formis; oris oblongi labiis fimbriatis, in canaliculum recurvum excurrentibus.

§. 78. Species:

1. Longitudinaliter; ex India; rarus; figura & colore Zezyphino (*a*), aureus, croceus & aliquando candidus; valde nitidus. In ſpiris foſſiculæ ſunt perpendiculares, æque diſtantes; alterum oris labium falcatum prominet & inflectitur; ut in cane venatico. *Bonann. n.* 84. *Liſt. Tab.* 1020. *f.* 83. Icon exſtat in Tab. Noſtra VII. n. 118.
2. Carminatus; albus; ſinuoſus. *Liſt. Tab.* 1021. *fig. altera.*
3. Dentatus in ſpiris; **de Snuit-pen / het witte Tuitje**; ſtriis nunc nigris fuſcisve. *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* K.
4. Bifalcatus
   a. Muricatus, maculoſus; ſpiris dentatis. *Liſt. Tab.* 1017. *f.* 79.
   b. Faſciatus & aſper. *Liſt. Tab.* 1018. *f.* 80. *H. Sloane p.* 248.
5. Labio plicatus:
   a. Major; ſpiris anguloſis & muricatis; cretatus; labio oris obliquo, & quaſi incurve plicato. **De ruige Trommelſchroef/ de West-indiſche Pauſe Kroon**; *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* O. Alius ſpiris longe magis muricatus, *Muſ. noſtri.*
   b. Montoſus; ſeu obtuſe muricatus per ſpiras univerſas. *Bon. n.* 69.

(*a*) Zezypha *i. e. Jujubæ* rohte Bruſt-beerlein / gelbe oder weiſſe.

## GENUS VII.

## *NOCTUA.*

§. 79. Eſt Strombus, roſtro adunco, bicipiti. Aſio avis.

§. 80. Species I. Granulata; **de Knobbel-pen/het gegranuleerde of gekartelde Tuitje**; cinereus; granis majoribus, aliquando albis. *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* L. Figuram vide in Tab. Noſtra VII. *n.* 119.

Species II. Hiulca; **geknobbeld Tuitje**; maculis & faſciis nigris. *Aliis:* **de gedoornde Snuit-pen**; *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XXX. *lit.* N.

GE-

## G E N U S VIII.

## *A N A S.*

§. 81. Eſt Cochlis Strombo ſimilis, ſed cucullata; anati natanti ſua figura aliquo modo comparanda.

§. 82. Species I. Brevis; acutus; circa ultimam ſpiram apertam & leviter roſtratam conſtrictus, coloris nivei, notulis ex ſanguineo nigricantibus, velut calami ductibus ſignatus. *Bonann. n.* 81. Figura exſtat in Tab. Noſtra VII. n. 120.

## G E N U S IX.

## *P E S A N S E R I N U S.*

§. 83. Eſt Strombus alatus; ſeu Labio in murices diviſo, digitos anſerinos referentes.

§. 84. Species I. Digitis longis, membranam intercipientibus; intus albus, foris flavens. *Bon. n.* 85. *Liſt. Tab.* 866. *fig. minor.* Figuram vide in Tab. Noſtra II. n. 41.

Species II. Digitis brevioribus, quaſi laciniis membranæ cinctis; coloris nivei; *Bon. n.* 87. qui illum alæ Veſpertilionis vel Draconis aſſimilat. Buccinum ſtriatum labro propatulo digitato. *Liſt. Tab.* 865. *f.* 20. Pictura exſtat in Tab. Noſtra II. n. 42.

## G E N U S X.

## *O X Y-S T R O M B U S.*

§. 85. Hoc nomine comprehendimus omnes Strombos breves, propter oris varietatem & configurationem a generibus, hactenus recenſitis, diverſos.

§. 86. Species I. Lævis:

1. Ligatus:

a. Acutus, ſeu Turbo brevis, ſed craſſus, albus & lævis, quaſi ligula pulvinatim (*a*) conſtrictus; ore rotundo contracto. *Bonann. n.* 39. b. Ob-

(*a*) Pulvinata *Liſtero dicuntur, quæ turgent; ita fimbria, ligula, pulvinata eadem ac turgida, vel culcitræ inſtar turget,* ausgeſtopft; *uſurpatur de partibus teſtæ turgidioribus.*

b. Obtuſus; ore ſemilunari contracto, faſciola tenui in ſpirarum commiſſuris arcte ligatus, coloris eburnei; vivit in ſpongiis. *Bonann. n.* 56.
2. Pupa faſciata; orbibus ex dextra in ſiniſtram flexis, ore oblongo, patulo, ad ventrem contracto. *Bonann. n.* 41.
3. Geometricus; caſtaneis lineis duabus punctatis, circa tredecim ſpiras ventricoſas, ductis; ore contracto. *Bonann. n.* 42.
4. Crenatus, albus, una cujusque orbis parte crenata. *Liſt. Tab.* 588. *f.* 52.
5. Faſciatus ſupra; infra ſeptem ſpiris undatus; ore ſubrotundo lævi. *Liſt. Tab.* 12. *f.* 7. Figura exſtat in Tab. Noſtra II. n.43.
6. Multicolor, exacte conicus, ore patulo canaliculato; labio plicato; foris aſper; in maximis ſpiris denticulatus, & luto, ſub quo ſtabulatur, deformis; intus albus, circa oris aperturam violaceus & nitidus. *Bonann. n.* 81. 82.
7. Undulatus, maculis nigris. *Liſt. Tab.* 980. *f.* 39.

§. 87. Species II. Aſper:
1. Arachnoides; a cardine ad mucronem miro artificio criſpatus; ore ſubrotundo, coronato. *Bonann. n.* 68.
2. Mangiorum Strombus: Band-hoorn: craſſus; digitum longus, chalybeus, ſine nitore. *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* T.
3. Clathratus, ſive Bidens:
a. Albus, ventricoſus, ſtriis eminentibus aſper. *Liſt. Tab.* 588. *f.* 47.
b. Similis, productior, per longum ſtriatus. *Liſt. ib. f.* 48.
c. Similis cylindraceus, per longum ſtriatus. *Liſt. ib. f.* 49.
d. Rufeſcens, ex fuſco; ore promiſſo, & obliquis rectisque ſtriis aſper. *Liſt. ib. f.* 50.

## GENUS XI.

## *TUBA PHONURGICA.*

§. 88. Tubæ Phonurgicæ nobis dicuntur Cochlides conicæ ore patulo, cucullato, in ſpira maxima inflatæ.

§. 89. Species I. Toroſa:
1. Pellucida, alba, decem orbium, primo medio acuto, ultimo obtuſo, & ultra vicinum aucto. *Liſt. Tab.* 18. *f.* 13. Figuram vide in Tab. Noſtra II. n. 44.

2. Tenuis, alba, octo minimum ordinum. *Liſt. Tab.* 20. *f.* 15. Icon exſtat in Tab. Noſtra II. n. 45.
3. Fluviatilis, ſpiris leviter convexis. *Liſt. Tab.* 117. *f.* 12.
4. Spiris acutis anguloſa & undoſa. *Liſt. Tab.* 118. *f.* 13.
5. Ex rufo radiata. *Liſt. Tab.* 9. *f.* 4. & *Tab.* 10. *f.* 5.
6. Carminata; ſeu Buccinum exiguum faſciatum & radiatum. *Liſt. Tab.* 19. *f.* 14.
7. Subflava ex viridi, tenuiore & longiore clavicula. *Liſt. Tab.* 110. *f.* 3. 4.
8. Heteroſtrophus, rufeſcens ex fuſco, ſtriis duabus, in primo orbe eminentibus. *Liſt. Tab.* 37. *f.* 36.

§. 90. Species II. Spiris planis:

1. Faſciata:
   a. Bifaſcis: ſubflava ex viridi; Virginiana, duabus faſciis atro purpureis cincta. *Liſt. Tab.* 113. *f.* 7.
   b. Radiata a ſiniſtra dextrorſum torta. *Liſt. Tab.* 8. *f.* 2.
   c. Tenuis ſubflava, circiter quinque ſpirarum. *Liſt. T.* 8. *f.* 3.
   d. Subviridis, brevibus lineolis ſubrufis, velut faſciatim depicta. *Liſt. Tab.* 109. *f.* 2.
   e. Perlonga, lata; ex rubro faſciata, columella alba. *Liſt. Tab.* 578. *f.* 33.
2. Carminata.
   a. Spiraliter: Atro purpurea; oris vertice (*a*) ſeu roſtro paululum ſinuoſo *Liſt. Tab.* 115. *f.* 10.
      Terreſtris, abrupta, in extremo tota alba. *Liſt. Tab.* 17. *f.* 12.
      Nigra, parva; ex toto lævis. *Liſt. T.* 976. *f.* 32.
   b. In longum: Longitudinalibus lineis & ſpiralibus faſciis inſignis. *Liſt. Tab.* 116. *f.* 11.
      Calloſa (*b*), medio primo ordine leviter acuto. *Liſt. Tab.* 11. *f.* 6.
   c. Bifariam: Atro purpurea, in medio orbe modis obliquis pictus. *Liſt. Tab.* 119. *f.* 14.
3. Flammea, e rufo; ſpirarum quinque tenuium valde productarum. *Liſt. Tab.* 38. *f.* 37. GE-

(*a*) Vertex *alias eſt* conchæ *extrema ad cardines valvarum pars anguſtior vel acuta, vel obtuſa, vel adunca, vel aurita, vel umbonata; uſurpatur etiam de ore* cochlidis *roſtrato.*

(*b*) Callum *in teſtis dicimus proceſſum planum craſſiorem.*

# GENUS XII.

## PSEUDO-STROMBUS.

§. 91. Eſt Cochlis Conica brevis, ore, in ſpira maxima valde lata nec multum ventricoſa, longo, diducto, infra acutangulo, ſupra quaſi reſecto.

§. 92. Spec. I. Carminatus ad imum quemque ordinem, ibidemque eleganter ſtriatus. *Liſt. Tab.* 977. *f.* 33.

Spec. II. Nodoſus inter ſpiras. *Liſt. Tab.* 977. *f.* 34. Icon exſtat in Tab. Noſtra VII. n. 121.

Spec. III. Calloſus, fuſcus. *Liſt. Tab.* 978. *f.* 35.

Spec. IV. Hirſutus, ſinuoſus, faſciatus, roſtro leviter detorto, labii peripheria dentata. *Liſt. Tab.* 967. *f.* 22.

Spec. V. Lævis, lineis ſubflavis ad primum quemque orbem ſtriatum. *Liſt. Tab.* 981. *f.* 40.

Spec. VI. Teſſellatus, lævis, effuſo margine oris lati, ad turbinem teſſellatus. *Liſt. Tab.* 1013. *f.* 77.

Spec. VII. Angyſtomos; ex fuſco faſciatus. *Liſt. Tab.* 963. *f.* 17.

Spec. VIII. Struthio-Camelus, a ſimilitudine cum plumis hujus avis, coloris lactei, maculis igneis rutilus, ore longo, vertice ſinuoſe ſciſſo. *Bonann. n.* 120. Similis labro aſpero *Liſt. Tab.* 838. *f.* 65. faſciis punctatis ex rufo nigricantibus.

Spec. IX. Mitra papalis, **de Paus-kroon**, ſpirarum margine per turbinem plicato.

1. Guttis quadratis, intenſe rubris ſuper teſta candidiſſima. Si excellit, antiquum pretium 100. thalerorum meretur. *Rumph. p.* 96. *n.* X. *Tab.* XXIX. *lit.* I.
2. Maculis aurantiis aſperſum habuit *Bonanni p.* 127. *n.* 119.
3. Labio dentato; gravis; maculis croceis majuſculis faſciata, *Liſt. Tab.* 839. *f.* 66.
4. Labio ſimplici; gravis; maculis ſanguineo-croceis. *Liſt. Tab.* 839. *f.* 67.
5. Labio ſimplici, magnis maculis croceis inter faſcias albas teſſellata. *Liſt. Tab.* 840. *f.* 68.
6. Punicea, minor; **Bruine Paus-kroon**; ſpiris minus plicatis, maculis nigro-cruentis. *Rumph. p.* 97.
7. Minima, rubra; albis flammis. *Rumph. ibid.*
8. Aduſta; parva; lævis; ſulcata; maculis rufis *Rumph. ib. n.* XI.

Spec. X. Mitra Epiſcopi; Biſſchops Myter; Oranje-Pen; (ſi maculæ ſint aurantiæ) ore dentato; maculæ plerumque rubræ, magnæ. *Rumph. p.* 97. *n.* XI. *Tab.* XXIX. *lit.* K.

Spec. XI. Anguſtus; ſubrufus; leviter ſtriatus. *Liſt. Tab.* 819. *f.* 33.

Spec. XII. Clathratus (*a*), variegatus ex fuſco; ſtriis lævibus. *Liſt. Tab.* 821. *f.* 40.

Spec. XIII. Amarala. Laholun. Lahorun. Papeitje. Teſta tenuis ſubcinerea; ſpiris ventricoſis, coronæ inſtar, per plicas, muricatis. *Rumph. Tab.* XXXIII. *lit.* F. F. Rivier Miter Shell. Rivier-Pauſe-Kroon *Belg.*

Spec. XIV. Faſciatus; ſtriatus & dentatus. *Liſt. Tab.* 820. *f.* 37.

Spec. XV. Sanguinolentus; ſtriatus; & ſanguineis guttis radiatus. *Liſt. Tab.* 822. *f.* 38.

Spec. XVI. Cancellatus (*b*). *Liſt. Tab.* 822. *f.* 39.

(*a*) Clathratus *idem quod* cancellatus *notat texturam retiformem, inſtar cancellorum ferreorum apud veteres. Inde clathrum, opus cancelloſum, quo lineæ teſtarum reticulatim componuntur.* Columna de purp.

(*b*) *Vide* clathratus.

## GENUS XIII.

## *DIPSACCUS.*

§. 93. Eſt Cochlis Conica, paucis ſpiris producta; ore longo, in extremitate ſinuoſe exerto, & abhinc ſulco notabili verſus dexteram circumſcripto, ubi ad ſcapum ſinus longus & profundus patet. Quaſi duplex ſaccus.

§. 94. Spec. I. Lævis; varie luteus, labio dextre albo; ſpiris fere obliteratis. Buccinum breviroſtrum, læve, ſinu ad Columellam longo, anguſto, profundo. *Liſt. Tab.* 974. *f.* 29.

Spec. II. Teſſellatus:

a. Ventricoſus; candidus; teſſeris rubris, vel caſtaneis, pictus. *Bonann. n.* 70.

b. Ventricoſus; lævis; croceis maculis magnis, ex triplici ordine faſciatim pictus. *Liſt. Tab.* 981. *f.* 41. Picturam vide in Tab. Noſtra II. n. 46.

Spec. III. Eburneus; *Bonann. n.* 149.

Spec. IV.

Spec. IV. Nebulatus:

a. Simplex; ex croceo. *Liſt. Tab.* 982. Icon exſtat in Tab. Noſtra II. n. 47.

b. Fimbriatus; *Liſt. Tab.* 983.

# GENUS XIV.

## *AURIS MIDÆ.*

§. 95. Sub hoc nomine intelligimus Cochlides ex ventre longo, ovali conico, decurrentes, quæ ad latus formant os amplum, auriforme, & productum. **Meuze-Oor.**

§. 96. Spec. I. Ore lævi

1. Faſciata; parva; roſtro integro; tenuiter ſtriata, clavicula paulo productiore. *Liſt. Tab.* 835. *f.* 58. (*a*)

Spec. II. Ore dentato

1. Incarnata; in ventre rugoſa (*b*); in mucrone ex faſciis adſtrictis turbinata, livida & granulata; **Midas Oor** / *Rumph. p.* 107. *Tab.* XXXIII. *lit.* H. H. *Liſt. Tab.* 32. *f.* 30. Figuram vide in Tab. Noſtra VII. n. 122.

2. Faſciata; bidens; *Liſt. Tab.* 834. *f.* 59.

(*a*) Liſter. *unicum dentem ad Columellam eſſe ait, quem deprehendere non potui.*

(*b*) Rugoſus *ſeu corrugatus*, runtzlich / *cujus ſuperficies cutem ſenilem imitatur.*

# GENUS XV.

## *NASSA.*

§. 97. Nassa dicitur corbis conice plexa ex viminibus, qua capiuntur anguillæ; ſimili figura gaudent quædam Cochlides graciles, acute conicæ; ore patulo, longo.

§. 98. Spec. I. Roſtrata, ſive ore acuto; aliquando oſtrino (*a*) diluto tincta.

(*a*) *Color* oſtrinus *aſſimilatur ceraſis nigricantibus;* Kirſchbraun / *communiter.*

tincta, nonnunquam vinoſa, interdum oſſibus ſimilis. In ſingulis orbibus inſtar aurantii decorticati videtur in plures æquales partes diſſecta, quas faſciola plana eleganter diſtinguit. *Bon. n.* 45. Icon exſtat in Tab. Noſtra VII. n. 123.

Spec. II. Fiſſa; ſeu Strombus aſtragaloides inter toros. *Bon. n.* 110.

## GENUS XVI.

## *TEREBELLUM.*

§. 99. Eſt Cochlis conica, gracilis, altera parte teres & aperta, altera acute conica; veluti ex quadam faſcia teſtacea figurata.

§. 100. *Synon.* Avena marina; Folium arboris conglomeratum; Arundo paluſtris. **De Boor.**

§. 101. Spec. I. Pullum, nigris venis nonnunquam micans, nonnunquam album; tenue & læve. Salire dicitur ex aqua per arcum. *Rumph. Tab.* XXX. *lit.* S.

Spec. II. Folium arboris conglomeratum. *Bonann. n.* 57.

Spec. III. Punctatum. **De geſtippelde Boor** *Belg. Liſt. Tab.* 736. *f.* 30. & *Tab.* 737. *f.* 32. Icon exſtat in Tab. Noſtra II. n. 48.

Spec. IV. Album *Muſ. noſtri.* **De witte Boor.**

Spec. V. Striatum; **de geſtreepte Boor.** *Liſt. Tab.* 736. *f.* 31. Figuram exhibet Tab. Noſtra II. n. 49.

Spec. VI. Flammeum. **De geblamde Boor.** Rhombus major, ſtrictior, undatus & faſciatus, clavicula acuta, & producta. *Liſt. Tab.* 722. *f.* 9.

Spec. VII. Faſciatum, zonis muſtelinis (*a*), ſuper albo. *Bon. n.* 369.

Spec. VIII. Patens, columella fuſca. *Liſt. Tab.* 729. *f.* 17.

(*a*) *Color* muſtelinus, *qui in* Muſtelis, *luteo pallens.*

## *CLASSIS VI.*

## COCHLEA.

§. 102. Cochleæ (§. 1.) ſunt Cochlides Simplices (§. 3.) Conis (§. 62.) obtuſis & inclinatis quodammodo ſimiles, ſpiris pluribus, iisdemque excentricis, contortæ.

GE-

## GENUS I.

## *COCLEA LUNARIS.*

§. 103. Cochleæ lunares ſunt breves; acutæ; ore rotundo, fimbriato, ad ſiniſtrum labiato: ori impoſitæ ſcapum (*a*) horizonti fere parallelum ſiſtunt.

§. 104. *Synon.* Oculus Lunæ. **Maans Oogen.** Ab operculo rotundo, vulgo dicto: Umbilico marino.

§. 107. Spec. I. Nodoſa, major; Matta bulanbeſaar. Mattalemboe. **Alp-kruik.** Cochlea margaritica. Knobbelhoorn. Ad magnitudinem duplicis pugni excreſcens. Ore eſt patulo rotundo, ad ſiniſtram labiato, ventre nodoſo, anguloſo. Teſta ſub cruſta ſcabra; in ſimpliciſſimis lamellis opalina. *Rumph. Tab.* XIX. *lit.* A. B. **Het groot Maans Oog / het Reuzen Oor / de bonte Knobbel-hoorn** *Belg.* Figuram vide in Tab. Noſtra VII. n. 124.

Spec. II. Viridis; **de groene Knobbelhoorn /** nodoſæ ſimilis; *Rumph. p.* 69.

Spec. III. Cinerea; a curioſis poſthabita. *Rumph. ib.*

Spec. IV. Exigua, æqualis ungui humano; coloris terrei, intus parce perlata. *Rumph. ibid.*

(*a*) Scapus *ſive* Columella, clavicula.

## GENUS II.

## *COCHLEA CÆLATA.*

§. 106. Eſt Cochlea ventricosa, ſpiris pulvinatis acute turbinata; ore rotundo ſimplici, excentrico; cui impoſita apice ſuo valde inclinat.

§. 107. *Cælata* Jonſtono dicitur *Tab.* XII. quia cælaturis & mucrone muricato aſpera eſt. Tegitur craſſo & ſcabro cortice coloris lutei, tanquam tritici, ferreoque munimento loricata; in quo innumeri pulvilli, ſtriges, ſquamulæ & filamenta criſpata, adeo pulchro ordine diſpoſita apparent, ut opus phrygium (*a*) in rudi corio pictum.

(*a*) Phrygium *opus eſt tela bombycina undulata;* gewäſſert-Seiden-zeug.

pictum videatur. In decorticato tubercula ſeu tympana margaritica ſpirales circumvolutiones conſtituunt ſenſim minores.

§. 108. Species valde variant. Quæ apud autores comparent exempla ſingularia, ſunt diſſimilia, non ſine ſuperflua ſubtilitate ad ſpecies revocanda. vide *Bon. p.* 114. *num.* 11. 12. 13. & *Liſteri* Trochos *Tab.* 647. *f.* 40. 41. Figuram exhibet Tab. Noſtra II. n. 50.

## GENUS III.

## *COCHLEA PETHOLATA.*

§. 109. Eſt Cochlea minor, ore lunato, fimbriato & labiato; in ſpiris pulvinatis levibus argute, inſtar Serpentis *Oelar Pethola*, picta; colore fuſco, nigro & albo; raro viridi & puniceo; intus flavide margaritica.

§. 110. *Synon.* Bia-Pethola. Paſſauwer/Pethool-hoorn *Belg.*

§. 111. Spec. I. Faſciata diverſimode ſuper dorſo rotundo. *Rumph. Tab.* XIX. *n.* 5. 6. 7.

Spec. II. Interlinearis, quaſi ex pario lapide facta, alba in parte exteriore, ſed viridi pellucido obvelata, ſupra quem colorem maculæ terreæ diſcriminant lineolas, quibus ſpiraliter ductis orbes omnes ſignantur. *Bonann. n.* 320.

Spec. III. Ruſeſcens catenatis aliquot lineis circumdata. *Liſt. Tab.* 584. *f.* 39. Icon exſtat in Tab. Noſtra II. n. 51.

Spec. IV. Vireſcens, ex nigredine, rarior; *Rumph. Tab.* XIX. *n.* 1.

Spec. V. Diviſa, cujus medium orbem ſubucularis albus & lævis bifariam dividit, & cum ipſo circumvolutus, in ſecundi orbis commiſſura deperditur. *Bonann. n.* 335.

## GENUS IV.

## *OLEARIA.* (*a*)

§. 112. Sub hoc titulo deſcripſit *Bonanni* Cochleam quatuor ſpirarum teſtæ craſſæ, ex ventre diducto & compreſſo, leviter anguloſo, mucronem

(*a*) Olearia; *quia hæc Cochlea in uſu* oleario *erat;* Rond. & Aldrov.

cronem brevem trium ſpirarum ventricoſarum extendentem, detracto cortice nitide margariticam. öhl Schneck.

§. 113. Spec. I. Umbilicata major, *Bonann. Claſſ.* III. *n.* 9.
Spec. II. Tympanoſa (*b*), margaritica ſub cute muſtelina. *Bon.n.*406.
Spec. III. *Jonſtoni Tab.* XII. *Rondel. Aldrov.* Figuram exhibet Tab. Noſtra VII. n. 125.

(*b*) *Idem quod ventricoſa.*

## GENUS V.

## *TIGRIS.*

§. 114. Eſt Cochlea obtuſa, regularis, ad oris rotundi excentrici fimbriam umbilicata, in qua ſupra colorem eburneum exteriorem atræ maculæ miro ordine diſpoſitæ, ſub cortice lapideo autem argentea ſubſtantia apparet.

§. 115. Spec. I. Malabarica, *Bonann. n.* 29. 30.
Spec. II. Barbadenſis, trochoides. *Liſt. Tab.* 640. *f.* 30. Figuram vide in Tab. Noſtra II. n. 52.

## GENUS VI.

## *FORNAX.*

§. 116. Eſt Cochlea ſpiris pulvinatis, obtuſe conica, ex aperturæ rotundæ colore diſtinguenda.

§. 117. Spec. I. Argentea; **Groote Zilvere Oven** (in apertura rotunda velut argentea).
1. Maculoſa ſeu albo nigra. **De geplekte of bonte Zilvermond.** *Belg. Rumph. T.* XIX. *n.* 3.
2. Viridis major; **de groene Zilvermond** / *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XIX. *n.* 4.
3. Variegata; ex cinereo, viridi & fuſco *Rumph. T.* XIX. *n.* 2.

Spec. II. Candens; Gold-mund; raro viridis, intus veluti candens. **De gloeijende Oven of Goudmond** *Belg.*
a. Sulcata & ſquamata; maculis nigris; *Rumph. T.* XIX. *lit.* C. Figuram vide in Tab. Noſtra VII. n. 126.
b. Viridis ſulcata & ſquamata; *Muſ. noſtri.*

# GENUS VII.

## TROCHO-COCHLEA.

§. 118. Eſt Cochlea per modum trochi conice turbinata, ſed in ultima ſpira ventricoſa os laterale diducens, ne ei cochlea ſine magna inclinatione queat inniti.

§. 119. Spec. I. Integra:

1. Lævis, maculis nigris per ſeries picta; *Liſt. Tab.* 642. *f.* 33. 34. Figuram exhibet Tab. Noſtra II. n. 53. & 54.
2. Faſciis catenatis, ex nigro albidoque, ſeu vermiculato opere picta. *Liſt. Tab.* 643. *f.* 35.
3. Variegata, ore dentato, faſciis granulatis. *Liſt. T.* 645. *f.* 37.
4. Rubra dentata, nigris juncturis. *Liſt. Tab.* 637. *f.* 25. Trochus faſciis verrucoſis ex rubro albo nigroque alternatim perbelle diſtinctis. *Petiv. Gaz.* II. *Tab.* 14. *fig.* 10.
5. Granulata, faſciata, dentata, ex fuſco varia. *Liſt. Tab.* 638. *f.* 26.
6. Unidens; Trochilus ſtriatus, clavicula tenui, acuta. *Liſt. Tab.* 654. *f.* 54.
7. Umbilicata; Buccinum umbilicatum, *Liſt. Tab.* 28. *f.* 26.
8. Labio plicato; guttata, ſuper ſtriis nodoſa; *Liſt. T.* 584. *f.* 42.

Spec. II. Undata & umbilicata.

1. Plana; ex rubro undatim late radiata. *Liſt. Tab.* 641. *f.* 32.
2. Striata; undata, ex fuſco denſe radiata; parva. *Liſt. Tab.* 641. *f.* 31.

# GENUS VIII.

## SACCUS.

§. 120. Eſt Cochlea gibba, vaſti ventris, ore rotundo, diducto, ad dextram labiato; turbine brevi excentrico.

§. 121. Spec. I. Ore infra fiſſo:

1. Hiulcus, *Liſteri Tab.* 587. *f.* 46.
2. Faſciatus, *Liſt. Tab.* 584. *f.* 40. Icon exſtat in Tab. Noſtra II. n. 55.
3. Striatus, guttatus; *Liſt. Tab.* 576. *f.* 29. 30.

Spec. II. Ore integro:

1. Striatus & undatus, lineis rufis obliquis. *Liſt. T.* 583. *f.* 37.
2. Sublividus, lineis nigris, undatis, diſtinctus. *Liſt. T.* 583. *f.* 38.
3. Cochlea vivipara, faſciata, rugoſa. *Liſt. T.* 126. *f.* 26.
4. Rufeſcens, ſtriata, nodoſa, granulata. *Liſt. T.* 584. *f.* 41.
5. Umbilicata; inter ſtrias teſſalata; faſciata; ſubviridis; ore intus ſtriato. *Liſt. Tab.* 586. *f.* 45.

Spec. III. Ore circum circa fimbriato.

1. Nigricans, denſe & leviter ſtriatus. *Liſt. Tab.* 585. *f.* 43.
2. Sublivida, terreſtris, ſtriis nodoſis & interdum muricatis. *Liſt. Tab.* 30. *fig.* 28.

## *CLASSIS VII.*

## BUCCINUM.

§. 122. Buccina ſunt Strombi, in ventrem ultimæ ſpiræ globoſum & vaſtum dilatati; ore ſubrotundo, breviter canaliculato.

§. 123. Sunt ergo verorum Buccinorum (*a*) Characteres; I. Venter globoſus. II. Os ſubrotundum; III. Canaliculus brevis; IV. Mucro Strombi-formis.

(*a*) *Circa quæ hallucinationes innumeræ apud autores.*

## GENUS I.

## *BUCCINUM TRITONIS.*

§. 124. Hoc nomen adhæret Buccinis maximis, quibus *Mauri*, *Tartari*, imo & *Itali* loco Tubæ ſonoræ utuntur.

§. 125. *Synon.* Bia Trompetta; Krang Scroney; Kima Tahuri. *Chinenſibus:* Tsjasku; Liukieuw; Lequeos. **Kinkhoorn** *Batavis.* Ring-hörner. Blas-Poſaunen-hörner.

§. 126. Spec. I. Pennatum, mucrone granulatis cingulis conſtricto; ore ſubrotundo, labio inciſo & dentato, intus nitide rubro. *Rumph. Tab.* XXVIII. *lit.* B. *Bon. n.* 188. **De Tritons Hoorn of Trompet** *Belg.*

Spec. II. Variegatum ac ſtriatum *Fab. Columnæ;* per ventrem ſimilariter faſciatum, ſtriatum & elegantiſſime marmoratum, utro-

utroque oris labio ſemilunato & breviter canaliculato. *Liſt. Tab.* 959. *f.* 12.

Spec. III. Nebulatum (*a*), ex ruſo maximum, ventricoſum, nodoſum. *Liſt. Tab.* 960. *f.* 13.

Spec. IV. Minus, crocei vel aurei coloris; **het Oranje Trompetje**, *Muſ. Esgerſiani.* Figuram vide in Tab. Noſtra VII. n. 127.

(*a*) Nebulatum *Liſtero ſive* nubeculoſum *i. e. nubes maculis imitans.*

## GENUS II.

## *ARGO-BUCCINUM.*

§. 127. *Argo* tribuuntur plures oculi (*a*). Dicimus ergo Argo-Buccinum teſtam hujus generis, ſpiris pulvinatis in apicem toroſum elongatam; labio parum exerto, & canaliculato, cujus ſuper coſtulas fuſcas apparent multæ maculæ rotundæ oculis aſſimilatæ. Teſta elegans.

§. 128. Spec. I. Faſciatum; **de gebande Argus Oog**, *Schynvoetii ad Rumph. p.* 161. *Tab.* XLIX. *lit.* B. Icon exſtat in Tab. Noſtra VII. n. 128.

(*a*) Oculata *dicuntur, quæ habent* (1) *maculas albas rotundas ſuper tergo obſcuro,* (2) *circellos in medio pallidiores.*

## GENUS III.

## *COPHINO-SALPINX.*

§. 129. Κόφινος dicitur Corbis, & Σάλπιγξ Tuba. Eſt ergo nomen compoſitum Cophino-salpinx proprium iis Buccinis, quæ Corbis inſtar contexta apparent.

§. 130. Spec. I. Carduus; **Diſtelhoorntje.** Buccinum cancellatum & totum aculeatum, coloris caſtanei. *Rumph. Tab.* XXIX. *lit.* N.

Spec. II. Exiguum; ſtriis ſemilunaribus; plerumque album vel plumbeum, aliquando flaveſcens, & violaceum dilutum; raro punctis fulvis & rufeſcentibus aſperſum. *Bonann. n.* 34.

Spec. III. Oſſeum, parvum, ubique ſinuoſis lineis tam bene ſulcatum, ac ſi eſſent ſcalpro inciſæ. *Bonann. n.* 35.

Spec. IV. Nigrum, parvum, leviter ſtriatum. *Liſt. T.* 976. *f.* 31.

Spec. V.

Spec. V. Dentatum majus, labio ſiniſtro calloſo, dextro leviter dentato, & in canaliculum incurvato. *Liſt. Tab.* 1022. *f.* 86.

Spec. VI. Dentatum minus; *Liſt. Tab.* 939. *f. alt.* Icon exſtat in Tab. Noſtra III. n. 56.

Spec. VII. Granulatum, planum, recens piloſum; coloris albi; faſcia media rubra vel nigra. *Rumph. p.* 97. *n.* XIII.

Spec. VIII. Granulatum rotundum, ventre convexo, coloris albicantis, **de Rystenbry-hoorn** / quoniam grumo orizæ coctæ ſimilis. *Rumph. Tab.* XXIX. *lit.* M. Vocatur quoque **de gekarteelde kleene Trompet** *Belg.*

Spec. IX. Ore fimbriato, plicato; cujus cochleati orbes ſimul connectuntur ligula, variis in locis contexta; modo foris educta, & in veſtem reticulatam compoſita; Ligula eſt furva; Teſta ferruginea. *Bonann. n.* 73.

## GENUS IV.

## *BUCCINUM LACERUM.*

§. 131. Lacerum dicimus Buccinum, cujus os ad canaliculum in lacinias diſtenditur.

§. 132. Spec. I. Craſſum; rufum; undatum; *Liſt. de Cochl. p.* 156. & *Hiſt. Tab.* 962. *f.* 14. *Bonann. n.* 189.

Spec. II. Læve; undatum; tenue; *Liſt. de Cochl. p.* 157. & *Hiſt. Tab:* 962. Icone Cochleæ minoris, quæ eſt prope f. 15. A. Figura exſtat in Tab. Noſtra III. n. 57.

Spec. III. Striatum, turbine undoſe dentato. *Liſt. T.* 958. *f.* 11. Vide Figuram in Tab. Noſtra III. n. 58.

Spec. IV. Recurviroſtrum claviculatum album, læve; *Liſt. Tab.* 1020. *f.* 83.

## GENUS V.

## *BUCCINUM MURICATUM.*

§. 133. Definitio patet ex nominibus jam definitis.

§. 134. Spec. I. Hector; manum longa teſta; in ventre & mucrone tuberculoſa; ignave alba; intus candida; ad inſtar porcellanæ; labio intricato. *Rumph. Tab.* XXVIII. *lit.* C. *Bonann. n.* 103. **De geknobbelde Kinkhoorn** / **de dubbelde of gebulte Olykoek** / *Belg.*

Spec. II. Ajax. Buccinum tuberoſum, ruſum, *Rumphii;* tuberculis in dorſo & mucrone frequentibus, tartareum, in verrucis nigrum, ore rotundo, plicato, rubro. Alias Honka. Indorum amuletum bellicum. *Rumph. Tab.* XXVIII. *lit.* D. Buccinum recurviroſtrum, claviculatum, majus, aculeatum, ore croceo utrinque dentato. *Liſt. Tab.* 1023. *f.* 88. **De rood geknobbelde kinkhoorn / de enkelde Olykoek** *Belg.* Icon exſtat in Tab. Noſtra III. n. 59.

Spec. III. Cruſtula oleaginea. **De ongemeene Olykoek-hoorn.** Buccinum, gyris ventricoſis, inſigniter elongatum, nodoſum, rugoſum, plicatum, breviter roſtratum, labio exerto, craſſo. *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XLIX. *lit.* I.

Spec. IV. Lapideum; lapideis coſtis ita munitum, ut ipſi teſtæ ſuper impoſitæ videantur, ac claviculo firmatæ; coloris cinerei, terrei, conchyliato diluto & caltheo (*a*). *Bonann. n.* 105.

Spec. V. Variegatum; labio duplicato, ſtriis inæqualibus. *Liſt. Tab.* 934. *f.* 29.

(*a*) Calthæ *paluſtri concolor;* gelb / wie Butter-blumen.

## CLASSIS VIII.

### TURBO.

§. 135. Turbinis nomen *vagum* eſt; liceat autem aſſignare Cochlidibus ſimplicibus, inter *buccina* & *cochleas* ambigentibus; i. e., quæ nec his nec illis, propter oris, ventris aut mucronis ſtructuram conveniunt.

### GENUS I.

### URCEUS.

§. 136. Urcei ſunt Trochi in ventrem inflatum & oblongum producti, qui mucrone ſurſum verſo urceos repræſentant ventricoſos, iis ſimiles, quos medios inter collaterales, ornatus gratia, collocamus. Venter cochlidis comparatur vaſculo; mucro ſeu trochus inſidens operculo. Vulgo ad Buccina reducuntur; ſed minus circumſpecte; quia inter utrumque genus manifeſta eſt differentia.

§. 137. Spec. I. Ore integro, ſubrotundo, ad dextram labiato.

I. Vi-

1. Vitreus; grandiuſculus, teſtæ tenuiſſimæ, transparentis, cujus venter obtuſo mucrone ex ſpiris planis formato duplo longior, in juncturis crenatus, intus lacteus, ad ſiniſtram lividus, extra ſuper lacteo, fuſco colore flammatus. *Bonann. n.* 192. **De Franſche Belhoorn of St. Maloſche Hoorn** *Belg.*
2. Vermiculatus, exiguus; inſtar ſeminis citri induitur veſte alba, punctis purpureis aſperſa, maculis amaricinis (*a*) notata & lineolis flammeis & inflexis picta. *Bonann. n.* 176.
3. Vittatus (*b*), æqualis priori, triplici ſerie macularum albeſcentium, quorum medietatem lunaris color circumit, paulatim vinoſus, puniceis punctis aſperſus. *Bonann. n.* 179.
4. Fimbriatus; quatuor ſpiris intortus, quas ſaxea & ſubrotunda vincula nectunt. Hæc alba ſunt, illæ autem aut vinoſæ aut ſubflavæ; utraque vero faſciis conchyliatis (*c*), vel coracinis (*d*) vittata. *Bonann. n.* 278.
5. Doliolum; *Liſteri Tab.* 827. *f. ult.* (49. e.) a figura ventricoſa, ore anguſto; parvum; vid. *Phil. Tranſ. Vol.* XXII. *n°.* 274. *p.* 930.
6. Νηειτοίδες *Fab. Col.* ventricoſior, faſciis ex nigro purpuraſcentibus, ad tergum undatis, columella purpuraſcente. *Liſt. Tab.* 579. Figuram vide in Tab. Noſtra III. n. 60.
7. Ovalis; ſuper ſtriis undatus. *Liſt. Tab.* 814. *f.* 24.
8. Rugoſus; **wydmondige Pimpeltje**; ſtriis ſpiralibus aſperis; coloris nigricantis; teſta craſſa, labio tenui, trocho longiuſculo; *Rumph. Tab.* XXIV. *lit.* D.
9. Coſtoſus, ſeu Oculus Cæſius, *Bonanni n.* 77.
10. Lamellatus; exiguus; *Bonann. n.* 177.
11. Undatus, ſeu ſpinoſe inflexus, *Bonann. n.* 178.
12. Purpureus; cui veſtem phrygiam, meandris intertextam, formant colores purpurei; *Bonanni n.* 181.
13. Spinoſus; Valvata ſpinoſa *Rumphii.* **Rivier Doorntje.**
    a. Major, terrei coloris, *Rumph. Tab.* XXII. *lit.* O.
    b. Minor, nigra. *Id. p.* 79.
14. Crenulis transverſis aſper, *Bonanni n.* 62.

15. Py-

(*a*) *Color* amaricinus; majoran-farbe.
(*b*) Vitta *proprie faſcia circa caput; ſæpius notat faſciam quamque.*
(*c*) Purpurfarb.
(*d*) *Corvi nigredine tinctus.*

15. Pyriformis, ſquamatus, coloris cinerei. *Bonann. n.* 51.
16. Ore plicato integro, duplici ſinuum ſerie muricatus. *Liſt. Tab.* 943. *f.* 39.

§. 138. SPEC. II. Ore integro acuminato.

1. Syracuſanus, mucrone acuto, cochleato; calice ventricoſo, nunc albus, mucrone nigro; nunc flavus, rubeus, ſanguineus, tophaceus; diverſimode mixtus. *Bonann. n.* 33.
2. Punctatus, ſuper oleacino (*a*) albo, nitente. *Bon. n.* 49.
3. Cinereus, ſinuoſe productus cum ſtriis nigricantibus. *Bon. n.* 38.
4. Mucronatus, cujus turbo ex plana ventris ſpiralis & aculeati baſi eminet. *Rumph. Tab.* XXIV. *n.* 6.
5. Aculeatus, brevibus & ſine ordine diſpoſitis aculeis, faſciis inſuper albis cinctus; colore tyrio (*b*) in nigrum abeunte. *Bonann. n.* 295.
6. Buccinum folioſum, exiguum, tenue; ventre rotundo, mucrone ventricoſe elongato; gyris ſtriatis; coloris cinereo-viridis, micis nigris. *Rumph. Tab.* XXIX. *lit.* Y. **Het Bladhoorntje** *Belg.*

SPEC. III. Ore canaliculato recurvo.

1. Faſciatus; non tantum ſuper ventre elongato, ſed & in conjunctione Trochi humilioris. *Rumph. Tab.* XXIV. *n.* 3. **De gladde Schilpadſtaart of Beddetelk** *Belg.*
2. Tympanoſus; ſpinis rugoſis.
   a. *Rumphii Tab.* XXIV. *n.* 5. & *Liſteri Tab.* 956. *f.* 8. **De geknobbelde Beddetelk** *Belg.*
   b. Echinophora eſculenta, coloris tophacei, *Bonanni n.* 19. *Liſteri* buccinum muricatum, ventricoſum; Cochlea Echinophora *Rond.* apud *Aldrov. Liſt. Tab.* 1003. *f.* 68. Burſa nodoſa; *Petiv. Gaz.* 89.
3. Compreſſus, aculeatus;
   a. In concurſu ſpirarum dentibus caninis aſper, ad mucronem plicatus vel rugoſus, talis & in teſta media; *Rumph. Tab.* XXIV. *n.* 4. **De getakte baſtaard Beddetelk** *Belg.*
   b. Buccinum ſtriatum, aculeatum, nodis (*c*) compreſſis, ſubacutis; *Liſt. Tab.* 957. *f.* 10.

4. Fim-

(*a*) Oleacinus, Oliven-farb.
(*b*) Tyrius *i. e. violaceus.*
(*c*) Nodoſa *Liſterus minus accurate dicit, quæcunque minutis apicibus exaſperantur, ſive ſint dentata ſive granulata.*

4. Fimbriatus:
a. Canarium nodoſum; labio fimbriato; trocho alato; plicato; dorſo gibboſo, coloris cinerei, micis nigricantibus; *Rumph. Tab.* XXXVII. *lit.* T. **De gebulte Canary.** (*a*)
b. Canarium floſculoſum (a pictura ita dictum) trocho cochloide; dorſo nodoſo; labio fimbriato. *Rumph. Tab.* XXXVII. *lit.* W. **De gebloemde Canary.**

(*a*) Canarium *vid.* §. 146.

§. 139. Spec. IV. Ore ad canaliculum ſinuoſe reflexo.
1. Clathratus, quatuor ſpirarum, intus lividus, foris reticulatis floſculis ſuperinductus, inter quos roſeus color rubeſcit. *Liſt. Tab.* 984. *f.* 43.
2. Labroſus; ore ſubcroceo; roſtro umbilicato. *Liſt. T.* 990. *f.* 51.

Spec. V. Ore alato, ſive, labio exſerto.
1. Faſciatus; **de gebande Canary**; mucro cochleatus, nodoſus; corpus canaliculatum, leviter alatum ſuper albo: exterius faſciis flavis cinctus; intus ex violaceo radioſus. *Rumph. Tab.* XXXVII. *lit.* V.
2. Lunatus; priori ſimilis, ſed ad mucronem lunatus, ſinuoſus; Buccinum bilingue; *Liſt. Tab.* 897. *f.* 1.
3. Gibboſus & rugoſus; flavidi coloris, *Bonann. n.* 150.
4. Columba; colore & turbine priori ſimilis, ſed figura columbam ovis incubantem repræſentans. *Bonann. n. eod.*

## GENUS II.

## *LAGENA.*

§. 140. Lagenis adſimilamus Turbines breves, ventricoſos, qui oris configuratione collum anſatum referunt. Scapus videlicet collum anguſtatum, labium oris anſam imitatur. Differunt *Lagenæ* ab *Urceis*, quod in his Trochus apparet diſtinctus, qui in Lagenis eſt ventri continuus. Ἀγγεῖα. **Bouteille.**

§. 141. Spec. I. Ore ſemilunato.
1. Toroides; labio dentato. *Liſt. Tab.* 940. *f.* 36. Figura exſtat in Tab. Noſtra III. n. 61.
2. Breviroſtrum parvum; ſtriatum, aſperum; ex ſubcroceo variegatum. *Liſt. Tab.* 953. *f.* 2.

3. Similis, ex albo & nigro variegata. *Liſt. Tab.* 953. *f.* 3.
4. Craſſa, fuſca, tenuiter ſtriata. *Liſt. Tab.* 963. *f.* 16. & *Tab.* 831. *f.* 55.
5. Compreſſa, labio duplicato, ſtriata, aculeata. *Liſt. Tab.* 995. *f.* 58.
6. Dentata; *Liſt. Tab.* 995. *f.* 59.
7. Labio duplicato, ſtriis tenuioribus, eminentibus, rufis. *Liſt. Tab.* 938. *f.* 33.
8. Diſtorto leviter roſtro. *Liſt. Tab.* 968.
9. Tympanoſa, dentata, roſtrata, clavicula muricata; *Liſt. Tab.* 828. *f.* 50.
10. Marmorea, ob teſtam ponderoſam & albam. Crumena Gallorum. *Bonanni n.* 194.

SPEC. II. Ore longo, anguſto.

1. Buccinum dentatum parvum, faſciis albis & nigris alternatim pictum. *Liſt. Tab.* 826. *f.* 47.
2. Rufa, exiguis maculis albis, rictu ſubpurpureo. *Liſt. Tab.* 826. *f.* 48. 49.
3. Undoſa & dentata. *Liſt. Tab.* 827. *f.* 49. a.
4. Phrygie picta & dentata. *Liſt. Tab.* 827. *f.* 49. b. An, Olivaris Barbadenſis vix dentatus, ex albo & caſtaneo reticulatus, clavicula cæruleſcente? *Pet. Gaz. Tab.* 30. *f.* 6.

## GENUS III.

## *SIMPULUM.*

§. 142. SIMPULUM audit vaſculum ſacrificale antiquum. Metaphorice nomen uſurpamus de Urceis recurviroſtris, qui oretenus inſpecti ejusmodi Simpulis antiquis apparent ſimiles. Canaliculus enim inflexus ex ventre turgido aſſurgens, collum roſtratum vaſculi anſati exprimit. Alias Conchylium *Aldrovandi.*

§. 143. SPEC. I. Toroſum, majus, ſeu Buccinum roſtratum læve, labro ſimplici, undoſo; alte ſtriatum ad intervalla. *Liſt. Tab.* 932. *f.* 27. Minus *Liſt. Tab.* 933. *f.* 28. Cujus figuram vide in Tab. Noſtra III. n. 62.

SPEC. II. Rugoſum, turbine undoſo, labio ſtriato; *Liſt. Tab.* 935. *fig. altera minore* (30. b.)

SPEC. III.

Spec. III. Maximum omnium. *Liſt. Tab.* 936. *f.* 31. *Bon. n.* 289. Figura exſtat in Tab. Noſtra III. n. 63.

Spec. IV. Clathratum, faſciis teſſellatis & oculatis. *Liſt. Tab.* 935. *fig.* (30. a.) *Bonann. n.* 193.

Spec. V. Faſciatum; ore anguſtiore, faſciis eminentibus. *Liſt. Tab.* 937. *f.* 32.

Spec. VI. Achatinum; **de gebande Achaat-hoorn.** Eſt quaſi cochlea lunaris roſtrata, labio effuſo in roſtrum bene recurvum producto, intus ſtrigato, & in limbo leviter dentato; extra inter maculas fuſcas alba, vittata. *Rumph. Tab.* XLIX. *lit.* H. *Bonann. n.* 187. *Liſt. Tab.* 911. *f.* 2.

Spec. VII. Lineatum, grande, in ima parte cujusque ſpiræ tantum ſtriatum, labro producto, in ambitu denticulato. *Liſt. T.* 910. *f.* 1.

Spec. VIII. Tenue, ſtriatum, bilingue. *Liſt. Tab.* 859. *f.* 16.

## GENUS IV.

## *GUTTURNIUM.*

§. 144. Hoc nomen convenit Turbinibus Urceiformibus, aliquatenus compreſſis, utrinque fimbriatis, ideoque velut anſa præditis, quibus roſtrum tubuloſum recurvum eſt. Propter ſimilitudinem Gutturnia, ſeu vaſcula dicta, ex quibus aqua lavandis manibus deſtillat.

§. 145. Spec. I. Ranula; **Kikvorſch**; Keulpfogge. **Hoogſtaart.** Coloris pulli, ſpiris rugoſis & nodoſis; labio fimbriato & nodoſo, canaliculo elongato. *Rumph. Tab.* XXIV. *lit.* H. Figuram exhibet Tab. Noſtra III. n. 64.

Spec. II. Cercopithecus. **Meerkatte**; teſta exigua; rugoſa; hiulca; cretata; canaliculum, ut Cercopithecus caudam, curvans. *Rumph. p.* 82. *n.* VIII.

## GENUS V.

## *CANISTRUM.*

§. 146. Canistrum dicitur corbicula, quam fœminæ ex manibus ſuſpenſam circumferunt. Cum ei aliquo modo adſimilentur Turbines obtuſe conici, ore ſubrotundo ad figuram  accedentes, nomen Canistri iis impoſuimus, ſecuti *Rumphium*, qui quasdam Cochli-

 des

des dixit Canaria barbaro nomine nusquam reperiundo, quod forte Caniſtrum ſcribere voluit.

§. 147. Spec. I. Album, unica faſcia nigra. *Liſt. Tab.* 13. *f.* 8. Icon exſtat in Tab. Noſtra III. n. 65.

Spec. II. Subflavum, ſuperiore orbis primi parte faſciatum. *Liſt. Tab.* 33. *f.* 31.

Spec. III. Bidens, *Liſt. Tab.* 31. *f.* 29.

Spec. IV. Citrinum, ſex orbium, albo ore. *Liſt. Tab.* 34. *f.* 33.

Spec. V. Flammeum ex rufo. *Liſt. Tab.* 35. *f.* 34.

Spec. VI. Septem orbium, *Liſt. Tab.* 108. *f.* 1. an Buccinum perſicum olivare, *Petiv. Gaz. Tab.* 17. *f.* 4?

Spec. VII. Rufeſcens ex fuſco, lineis undatis, albis. *Liſt. Tab.* 583. *f.* 36.

Spec. VIII. Sulcatum, unidens; coloris cinerei. *Bonanni n.* 140.

## GENUS VI.

## *SCALA.*

§. 148. Dicitur per metaphoram Cochlis ſimplex, cujus ſpiræ intra coſtulas, ſive clathrum longitudinale, Scalarum more decurrunt.

§. 149. *Synon.* Buccinum ſcalare; **Wenteltrap**/ Windeltreppe. Royal Stair Caſe.

§. 150. Spec. I. Genuina, cujus ſpiræ ventricoſæ, nonniſi per coſtas longitudinales cohærent. Nonnunquam 500. flor. belg. carius æſtimatur. *Schynvoet ad Rumph. p.* 161. *Tab.* XLIX. *lit.* A. **De oprechte Wenteltrap.**

Spec. II. Spuria, **Baſtaard Wenteltrapje.**

a. Coſtis variis aſpera. *Liſt. Tab.* 588. *f.* 51. Figuram vide in Tab. Noſtra III. n. 66.

b. Spongiarum, frequens in Mari Adriatico. *Bonanni n.* 111. *Jonſton Tab.* XI. *f.* 9. an eadem *Rumphii p.* 98. *Tab.* XXIX. *lit.* W.?

## GENUS VII.

## *EPIDROMUS.*

§. 151. Epidromus dicitur malus ad puppim, cui velum pulvinatim adſtringitur. Per metaphoram hoc nomen *Rumphius* tranſtulit ad

Tur-

Turbines per modum Strombi toroſi acute elongatos ex ventre oblongo leviter convexo, labiis calloſis ſive fimbriatis.

§. 152. Spec. I. Buccinum ſulcatum maculoſum *Schynvoetii*, **de gebooren de Plekhoorn.** Strombus grandiuſcule longus per ventrem adſtrictum in canaliculum terminans, ſuper rugis longitudinariis maculatus; *Rumph. Tab.* XLIX. *lit.* G.

Spec II Arachnoides, in ſpiris veluti malleolo frequenter compreſſus, intus albus, labiis reflexis, *Bonanni n.* 48.

Spec. III. Coronatus in exitu ſpiræ maximæ, pinnulis veluti in diſco poſitis & multiplicatis; *Bonanni n.* 59.

Spec. IV. Maculoſus, in juncturis ſpirarum lævis, labio lata fimbria cincto, maculis candidis & ſanguineis modo diſtinctis, modo flavo & cyaneo colore fuſis, modo notis candidis ſuper oſſeo colore pictis. *Bonanni n.* 63.

Spec. V. Semi-ſtriatus; prima ſpira lævi, reliquis ſtriatis; ore quater fimbriato, coloris lividi, interdum albi. *Bonanni n.* 60.

Spec. VI. Dentatus, variegatus, leviter admodum ſtriatus. *Liſt. Tab.* 926. *f.* 19. Pictura exſtat in Tab. Noſtra III. n. 67.

Spec. VII. Oculatus; *Liſt. Tab.* 929. *f.* 24.

Spec. VIII. **Samaar**; ſive Buccinum parvum, ſtrombo acuto, labio fimbriato; ventre oblongo, ad mucronem plicato; coloris varii. *Rumph. Tab.* XXXVII. *lit.* Y.

Spec. IX. Canadenſis; Buccinum bilingue; labro lævi; ex inferiore parte muricato; clavicula denſe admodum ſtriata, longa, tenui. *Liſt. Tab.* 855.

Spec. X. Striatus & undatus. *Liſt. Tab. ead.*

## GENUS VIII.

## *SIPHO.*

§. 153. Siphones dicimus Turbines acute conicos, longos, in os pariter longum terminantes, cujus inſpecti ſcapus collum Siphonis anguſtum, labium anſam repræſentat.

§. 154. Spec. I. Lævis.

1. Craſſus, orbibus pulvinatis. *Liſt. T.* 913. *f.* 4. 5. Figura videatur in Tab. Noſtra III. n. 68.
2. Tiburtinus, colore ſimilis lapidi Tiburtino. *Bonann. n.* 53.

Spec. II. Striatus

1. Fuſcus, admodum tenuiter ſtriatus, exiguus, unica faſcia nebulata medio orbe cinctus. *Liſt. Tab.* 912. *f.* 3.
2. Dentatus in labio oris, læviter ſubrufus, faſciis interſectis ſive teſſellatis. *Liſt. Tab.* 822. *f.* 41. Jamaicenſis.
3. Teſſellatus in ipſis faſciis. *Liſt. Tab.* 914. *f.* 7.
4. Nebulatus, ex flavo aſpere ſtriatus, labio obtuſe ſerrato. *Liſt. Tab.* 919. *f.* 13.
5. Sinuoſus, imo labro fiſſo. *Liſt. Tab.* 925. *f.* 17. 18.
6. Tenuis, exiguus, aſper, ſtriatus, maculoſus. *Liſt. Tab.* 926. *f.* 20.
7. Flammeus, labiis ſerratis. *Liſt. Tab.* 819. *f.* 35.
8. Faſciatus, exiguus, oryzæ grano æqualis. *Bonanni n.* 37. ubi per microſcopium aucta ſpecies cernitur.
9. Nitidus & lævis; extra carneus & fuſcus, intus albeſcens. *Bonanni n.* 322.

§. 155. Spec. III. Hiulcus.

1. Anſatus; ex fuſco ſtriatus. *Liſt. Tab.* 858. *f.* 14.
2. Cælatus; inſigniter ſinuoſus; *Liſt. Tab.* 927. *f.* 21.
3. Angyſtomos, labro duplicato. *Liſt. Tab.* 948. *f.* 43.
4. Tympanoſus
   a. Faſciis crebro nodoſis exaſperatus. *Liſt. Tab.* 969. *f.* 23.
   b. Maculoſus; ſpiris ſtriatis & bullatis. *Liſt. Tab.* 922. *f.* 15.
   c. Roſtro ſtriato, mucrone tympanoſo. *Liſt. Tab.* 848. *f.* 2.
5. Lineatus; lineis ſubrufis. *Liſt. Tab.* 930. *f.* 25.
6. Cancellatus & dentatus. *Liſt. Tab.* 819. *f.* 34.
7. Ore nigro hiulcus. *Liſt. Tab.* 857. *f.* 13.

## GENUS IX.

## *AURICULA.*

§. 156. Auriculæ ſunt Turbines parvi mucronis, ex ventre turgido os in figuram auris externe diducentes. Notetur ergo auris fimbria marginalis, ad ſcapum angulo quodam, Tragi (*a*) inſtar, inſignis.

(*a*) Tragus, *ſpecies fungi.*

§. 157. Spec. I. Auricula Stagnorum

1. Subflava, pellucida, in tenue acumen ex ampliſſima baſi mucro-

cronata. *Liſt. de Cochl. p.* 137. & *Hiſt. Tab.* 123. *f.* 21. Picturam vide in Tab. Noſtra III. n. 69. Turbo lævis in ſtagnis degens, *Aldrov. Lib.* III. *p.* 359. *n.* 3.; an *Liſt. Tab.* 124. *f.* 24.?

2. Nitide atra, *Bonanni n.* 55.

SPEC. II. Pellucida, quatuor ſpirarum, mucrone acutiſſimo; teſtæ apertura omnium maxima. *Liſt. de Coch. p.* 139. & *Hiſt. Tab.* 123. *f.* 22.

SPEC. III. Exiguæ; altera Virginiana, altera Javana. *Liſt. Tab.* 114. *f.* 8. 9.

## GENUS X.

## *NERITOSTOMA.*

§. 158. Hoc nomine comprehendimus TURBINES ore oblongo, fere Auricularum ſimili, ſed ſimplici ſine Trago, ſpira maxima in os manifeſte inflexa.

§. 159. SPECIES I. Vetula; ob caſum a *Tulpio* notatum, *Obſerv. med. Lib.* III. *c.* 7. *Liſt. de Cochl. p.* 140. & *Hiſt. Tab.* 123. *f.* 23. *Bonanni n.* 54. Icon exſtat in Tab. Noſtra III. n. 70.

## GENUS XI.

## *TURBO LUNARIS.*

§. 160. Ad differentiam Cochleæ Lunaris denominamus TURBINES LUNARES Cochlides toroſe elongatas, ore rotundo anguſto.

§. 161. SPEC. I. Umbilicatus; quinque orbium admodum tenuiter ſtriatus & cancellatus. *Liſt. Tab.* 25. *f.* 23.

SPEC. II. Nimboſus; ore circinnato, limbo lato & ſtriato. *Liſt. Tab.* 26. *f.* 24. Pictura exſtat in Tab. Noſtra III. n. 71. a. & b.

SPEC. III. Teſſellatus & ſtriatus *Fabii Col. Liſt. Tab.* 27. *f.* 25.

## GENUS XII.

## *GARAGOI.*

§. 162. Hoc nomen *Rumphius* dedit TURBINI, qui per dorſum inſpectus Buccino apparet ſimilis, ſed oppoſitum os contra Buccini morem per ſpiras majores usque ad mucronem aperit.

§. 163. SPEC. I. Alba & rugoſa. *Bon. n.* 143. Figuram vide in Tab. Noſtra III. n. 72.

# GENUS XIII.
## GALLINULA.

§. 164. Gallinis incubantibus adſimilamus Volutas gibbas acute mucronatas; labio expanſo inſtar alæ; in acumen terminatas.

§. 165. Spec. I. Lapponica; mucrone cochleato, coloris flavi, maculis nigris diſtincti, labio paululum effuſo. De Lapſche geplekte Laphoorn *Schynvoetii ad Rumph. Tab.* XXXVII. *n.* 3.

Spec. II. Indiæ Occidentalis, labio effuſo, ventre oblongo, in recurvum canaliculum abeunte; oppoſitus mucro eſt trochiformis; color ignobilis. De Weſt-Indiſche Laphoorn *Schynvoetii ad Rumph. Tab.* XXXVII. *n.* 4.

Spec. III. Vexillum aurantium; teſta nobilis, conoides, labio exſerto; mucrone trochiformi, elongato, & quaſi in obturaculum tornato. Faſciis cingitur aurantiis & albis; ad mucronem nodi ſunt diſpoſiti in orbem. *Schynvoet ad Rumph. p.* 112. *Tab.* XXXVII. *n.* 2. De Oranje Vlag.

Spec. IV. Aſpera & craſſa. *Liſt. Tab.* 987. *f.* 46. 47.

Spec. V. Minima, pollicem longa; teſta craſſa, dorſo fuſco, ore luteo. *Rumph. T.* XXXVI. *lit.* P. Het klein Bezaantje of Duifje.

Spec. VI. Gibba; *Rumphii Tab.* XXXVI. *lit.* M. *Liſt. Tab.* 853. *f.* 10. Het Bultje / Bezaantje / Duifje. *Rumph. Tab.* XXXVI. *lit.* N. *Liſt. T.* 853. *f.* 9. Figura exſtat in Tab. Noſtra IV. n. 73.

Spec. VII. Faſciata; micis flavis & albis. *Rumph. Tab.* XXXVII. *lit.* X. De breede Kanarp.

Spec. VIII. Multicolor, turbine Stromboide anguloſo; intus lactea. *Bonanni n.* 342.

# GENUS XIV.
## GALEA.

§. 166. Galeæ ſunt Cochlides globoſæ, labio ſimplici diducto & canaliculato, adeo Galeis ſive Capitum ferramentis, quibus olim milites tegebantur, ex parte ſimiles.

§. 167. Spec. I. Striata:

1. Pennata; Patrijze; *Malab.* Bia Culi Bawang. Kivits Ey. Belhoorn. Ball-Schnecke; Indian Patridge Shell. Paucis gyris obtuſe

obtuſe mucronata; ad latus ventris ovalis, turgidi, & canaliculati. Coſtæ ſpirarum latæ, ex fuſco flavæ, maculis albis ſemilunaribus pictæ, inſtar gallinarum. **Patrys** / *Rumph.* *Tab.* XXVII. *lit.* C.

2. Alba, tenuis, flave pennata ſuper coſtis craſſiuſculis. *Amboin.* Culit Bawang. **Ajuin-Schil.** *Rumph. p.*91. *Tab.* XXVII. *lit.* D. *Liſt. Tab.* 899. *f.* 19.
3. Echinophora *Aldrov. Jonſton. Tab.* XII. *n.* 9. *Liſt. Tab.* 1011.
4. Fuſca *Liſteri de Cochl. p.* 162. Couvins a Piſcatoribus Scarborgenſibus dicta.
5. Mucrone trochiformi, ſpiris toroidibus. *Bon. p.* 116. *n.* 26.
6. Heluacea (*a*); Galea *Bonanni n.* 183. magna globoſa inter faſcias planas ſulcata.
7. Rugata, ſtriis capillaribus, *Liſt. Tab.* 131. *f.* 31.
8. Ampullacea, roſtro ſinuoſo, tenuis, ſtriata, muricata, clavicula compreſſa. *Liſt. Tab.* 894. *f.* 14.
9. Dentata ad Columellam; *Liſt. Tab.* 830. *f.* 52.
10. Lamellis rugoſa, roſtro tenui, productiore. *Liſt. Tab.* 830. *f.* 53. 54. *Sloane It. Jam.* II. *p.* 251.
11. Clavicula acuta. *Liſt. Tab.* 832. *f.* 56.
12. Parva, admodum tenuiter ſtriata, *Liſt. Tab.* 896. *f.* 16.
13. Sinuoſa, *Liſteri Tab.* 897. *f.* 17.
14. Umbilicata, aſperius ſtriata, variegata. *Liſt. Tab.* 985. *f.* 44. Picturam vide in Tab. Noſtra IV. n. 74.
15. Capillaceis ſtriis, ex rufo infuſcata. *Liſt. Tab.* 986. *f.* 45. Icon exſtat in Tab. Noſtra IV. n. 75.

(*a*) *Inuſitatum vocabulum; forte:* Helvolus. *i. e. rubore vini diluto;* dünroſt.

Spec. II. Faſciata:

1. Cochlea lutaria, ſive Pomatia *Major.* Siſſo Salombo; nigra ad lucem transparens, faſciata. *Rumph. Tab.* XXVII. *lit.* Q. **De gebande Ajuin-Schil of het Koeien-oog.**
2. Maxima Pomatia Surinamenſis. *Liſt. Tab.* 128. *f.* 28.
3. Media Pomatia, tenuis, ſubviridis & fuſca, venis transverſalibus. Siſſo Capang, *Rumph. p.* 92. *n.* XV.
4. Minor Pomatia; mucrone acutiore; Siſſo potir; Wonko; Kakol; *Rumph. ibid.*

Spec. III. Muricata:

1. Tuberculoſa; murici ſimilis propter teſtæ validitatem & tubercula (*a*), quibus in maximo orbe intumeſcit. *Bon. n.* 174.
2. Echinata, ſeu Cochleæ echinatæ inſtar hiulca. *Bonanni n.* 184.
3. Breviroſtrum muricatum, labro dentato; ore ex purpura leviter tincto; clavicula brevi. *Liſt. Tab.* 955. *f.* 6. Burſoides Mauritana, nodoſa, ore croceo. *Petiv. Coll.* 125. *Liſt. Tab.* 956. *f.* 7. vid. *H. Sloane It. Jam. p.* 253.
4. Clavicula acuta; ſimilis præcedenti, ore ſubluteo. *Liſt. Tab.* 957. *f.* 9. An, Nodis compreſſis, *Liſt. ib. f.* 10.?
5. Labroſa; craſſa, variegata, unico ordine clavata; *Liſt. Tab.* 991. *f.* 52. *Sloane loc. cit.*
6. Digitata, ex bino ordine muricata. *Liſt. Tab.* 991. *f.* 53.
7. Bimaculata. Buccinum labroſum, craſſum; Columella plana, eaque media bimaculata. *Liſt. Tab.* 990. *f.* 50.
8. Ore ſubcroceo, roſtro umbilicato. *Liſt. Tab.* 990. *f.* 51.
9. Sinuoſa; labro duplicato, ſtriis latis & eminentibus. *Liſt. Tab.* 942. *f.* 38.
10. Ex roſtro & clavicula muricata. *Liſt. Tab.* 811. *f.* 20.
11. Ampullacea; gravis, ſubfuſca, clavicula compreſſa. *Liſt. Tab.* 895. *f.* 15.

(*a*) Tuberculoſa *hæc ad citatas ex Bonann. icones eadem eſt Bimaculatæ n.* 7., *cujus ex Liſtero allegatur icon. Aſſervatur autem in Muſeo Clariſſimi Esgers Cochlea Bimaculatæ ſimillima, at quæ una modo macula in columellæ medio inſignis eſt, adeoque huic* Tuberculoſæ *ſubſtitui poſſet, dicique* Unimaculata. *Imo iſtiusmodi duo ſpecimina in laudato Muſeo habentur, ut dubium omne eximatur.*

PAR-

# *PARTIS PRIMÆ.*

## *SECTIO II.*

## COCHLIS COMPOSITA.

§. 168. Cochlides Compoſitas dicimus, in quibus duplex Teſtæ circumvolutio, ita ut quaſi ex duabus Cochlidibus videatur compoſita.

## *CLASSIS I.*

## COCHLIS ROSTRATA.

§. 169. Rostrum in cochlidibus proceſſum teſtæ ex oris labio extremo rectum, plus minus turbinatum elongatumque; ipſas autem Cochlides ejusmodi roſtro inſtructas Rostratas dicimus, atque ex notis modo expreſſis ſequentem in modum diſtinguimus.

### GENUS I.

### *TROCHUS ROSTRATUS.*

§. 170. Hoc nomen damus Cochlidibus compoſitis, quarum mucro Trochus eſt per ventrem laxiorem in canalem longum, teretem, rectum, excurrens.

§. 171. Spec. I. Aruanus; ab Aru Inſula. Teſta craſſa fiſſilis, ſine nitore plicas loco ſpirarum circa grandiorem Trochum gyrans, labio & roſtro diductis. *Rumph. Tab.* XXVIII. *lit.* A. Buccinum Aruanum, de Aroeſche Trompet.

Spec. II. Indumentum Perſicum, *Bonann. n.* 75. Figuram vide in Tab. Noſtra IV. n. 76.

Spec. III. Magnus & duplex, *Bonann. n.* 101.

### GENUS II.

### *GLADIUS.*

§. 172. Eſt Strombus ex ultima ſpira gibba, in extremitate oris, tenue roſtrum canaliculatum, acutum, extendens; per analogiam cum piſce Gladio hoc nomine ſalutatur.

§. 173. Spec. I. Labro dentato. *Bonann. n.* 121. Buccinum roſtratum labro muricato, longiſſima clavicula, parte ima ſtriata. *Liſt. Tab.* 916. *f.* 9. ſive Labro ſerrato. Buccinum bilingue; læve; roſtro cornuto gibboſum. *Liſt. Tab.* 854. *f.* 11. **De getande Spil of Starre-pen** *Belg.* Icon exſtat in Tab. Noſtra IV. n. 77.

Spec. II. Labro lacero. *Liſt. Tab.* 854. *f.* 12.

## G E N U S III.

## *F U S U S.*

§. 174. Fusus h. l. dicitur Cochlis per ſimilitudinem inſtrumenti, quo lanæ fila ducuntur, & eſt Cochlis ex Strombo in roſtrum teres, rectum, producta.

§. 175. Spec. I. Fuſus longus; ſeu roſtro longiore. **De Spil of Tabaks-pyp** *Belg.*

1. Rumphianus. Strombus inſigniter elongatus & roſtratus; ſpiris ventricoſis, rugoſis, longitudinaliter ſulcatis; coloris eburnei, roſtri & ſtrombi extremis nigricantibus; *Rumph. Tab.* XXIX. *lit.* F. *Liſt. T.* 917. *f.* 10. Figuram oſtendit Tab. Noſtra IV. n. 78.
2. Leviter acutus in nodis per ſulcos formatis; albus; magnus. *Rumph. p.* 96. *n.* VII.
3. Aureus leviter, ſuper candido criſpo. *Bonann. n.* 360.
4. Labio ſimplici rotundo exſerto; inſigniter elongatus. *Liſt. Tab.* 918.
5. Fiſſus. Buccinum roſtratum, maculatum, fiſſum ad imum labri. *Liſt. Tab.* 917. *f.* 11.

Spec. II. Fuſus brevis. **Stompe Spil**; non roſtri ſolum brevitate ſed & turbinis ſtructura a priori diſtinguitur.

1. Lævis.
   - a. Gyris æqualiter convexis. *Rumph. p.* 96.
   - b. Maculoſus inter ſpiras paucas & rotundas ligatus, cyaneo diluto colore tinctus, punctisque candidis & pullis notatus. *Bonann. n.* 71. 72.
   - c. Magnus, colore puniceo vel figulino, *Bonanni n.* 88.
   - d. Undoſo ventre, ore patulo. *Liſt. T.* 914. *f.* 6.
   - e. Sinuoſus *Liſteri T.* 915. *f.* 8.
   - f. Faſciatus, binis tenuiter & valde acutis ſtriis circumdatus. *Liſt. Tab.* 924. *f.* 16.

2. Stria-

2. Striatus

a. Rumphianus. Strombus ventricoſus, & ventricoſe inſigniter elongatus, transverſim ſtriatus, longitudinaliter ſulcatus, ideo nodoſus & hiulcus; roſtro tereti, & brevi; coloris pallide cinerei. **De ſtompe Spil** / *Rumph. Tab.* XXIX. *lit.* G. Fusus nobilis Ree-

b. Pſeudo-Purpura: **Baſtaard Purper-Slek.** Strombus ventricoſus, ſpiris per angulos quaſi muricatis, roſtro brevi, paululum incurvo, coloris cinerei vel terrei, ſine nitore in cruſta; qua detracta apparent ſtriæ nigræ, veluti filamentoſæ ſuper albo; labium oris tenue, denticulatum; pars oris ſiniſtra purpurea. *Rumph. Tab.* XXIX. *lit.* E. Fasciolaria trapezium

c. Turris Babylonica. **Babyloniſche Toren / en Pyramide.** Babylons Towr. Strombus elegans, acutiſſimus, ſpiraliter ſulcatus, gyris ex albo & nigro feneſtratis, roſtro tereti & recto. *Rumph. Tab.* XXIX. *lit.* L.: minoribus maculis dilutis, nec non tertiæ ſpeciei nigricantis *Rumphius* meminit *p.* 97. Pleurotoma

d. Craſſus, fulvi coloris. *Bonanni n.* 47. Tritonidea?

e. Acutus, inter ſpiras plicatas granulato filo conſtrictus. *Bonanni n.* 79. Pleurotoma

f. Tubulatus, cujus collum quaſi tubum format; turbo anguloſus; oris apertura valde longa, & in centro ſpirarum foramen profundum. *Bon. n.* 104. *Liſt. Tab.* 921. *f.* 14. Latirus

g. Æthiops, **de Moor** / a colore; binis faſciis inæqualibus cinctus. *Bonann. n.* 357. Melongena

h. Perizonius, **de gebande Knobbelhoorn.** Eſt Trochus ventricoſus, nodoſus, in mucrone muricatus, roſtro inclinante; totus filo multiplici ſinuoſe conſtrictus. *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XLIX. *lit.* K. *Bonann. n.* 287. Buccinum roſtratum duplicibus lineis, *Liſt. Tab.* 931. *f.* 26. Fasciolaria trapezium

i. Dentatus. Buccinum fuſcum leviter & denſe ſtriatum, *Liſt. Tab.* 920. *f.* 12. Fusus

3. Muricatus:

a. Filamentoſus; **de omgewonde Hoorn** / ſpiris nodoſis, cinereis, filo fuſco æqualiter conſtrictis, roſtro brevi coniformi. *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XLIX. *lit.* T. F/ Latirus-

b. Polygonus, carneus, aut ſubflavus, paſſim obvius. *Bonann. n.* 32. Latirus?

c. Syracuſanus, angularis, ſulcis undoſis aſper. *Bon. n.* 80. Fusus

# G E N U S IV.

## *M A Z Z A.*

§. 176. Mazza Italis audit Clava argentea, Regibus & Romanæ Eccleſiæ Antiſtitibus præferri ſolita. Ab hujus ſimilitudine dicimus Mazzas Cochlides globoſas in roſtrum nonnihil incurvum, vaſtius canaliculatum, productas.

§. 177. Spec. I. Lævis:

1. Teſſellata; craſſiſſima. *Liſt. Tab.* 815. *f.* 25.
2. Ampullacea (*a*); *Liſt. Tab.* 878. *f.* 3.

Spec. II. Striata:

1. Teres mucrone; ventre globoſo, ſtriato; verrucoſo annulo ad mucronem. *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XXXVI. *n.* 7.
2. Punctata *Liſt. Tab.* 816. *f.* 26. Icon exſtat in Tab. Noſtra IV. n. 79. a.
3. Longitudinaliter ſtriata, *Liſt. Tab.* 816. *f.* 27. Figuram vide in Tab. Noſtra IV. n. 79. b.
4. Labiata; labio effuſo. *Liſt. Tab.* 877. *f.* 1. An eadem *Tab.* 751?
5. Granulata, irregularis; ſtriis aſperis extantibus. *Liſt. Tab.* 893. *f.* 13.

Spec. III. Hiulca & muricata.

1. Variegata; clavicula leviter nodoſa. *Liſt. Tab.* 883. *f.* 5.
2. Mucrone muricato. *Liſt. Tab.* 892. *f.* 12.
3. Purpura marina exotica; NB. a dextra ſiniſtrorſum torta, ex fuſco radiata. *Liſt. Tab.* 907. *f.* 27. *Tab.* 908. *f.* 28.

(*a*) Ampullaceum *idem quod ventricoſum.*

# G E N U S V.

## *R A P A.*

§. 178. Rapa dicitur Cochlis leviter mucronata, rotunda, breviterque roſtrata, rapæ rotundæ ſimilis. Knol / Knol-bel / Knol-hoorn.

§. 179. Spec. I. Tenuiſſima, ſemidiaphana, alba, rugoſa; ad dextrum oris labium nitida. *Muſ. noſtri.*

Spec. II. Pallens, lutea. *Rumph. Tab.* XXVII. *lit.* F. Figuram exhibet Tab. Noſtra IV. n. 80.

G E-

## GENUS VI.

## *HAUSTELLUM.*

§. 180. Eſt Vas concavum, longiori manubrio inſtructum, quo aqua ex profundiori loco in ſublimem hauritur. Cochlis ejusmodi inſtrumento nonnihil ſimilis per metaphoram idem nomen admittet, ſi conſtat ex globoſo corpore ſpirali & roſtro gracili, longiſſimo.

§. 181. Spec. I. Fimbriatum. Bia Sibor. **Snippekop of Scheppertje** *Belg.* Toroſe rugoſum, hiulcum; labio effuſo, fimbriato & plicato; roſtro longo, ſparſim muricato; intus rubens. *Rumph. Tab.* XXVI. *lit.* F. Icon exſtat in Tab. noſtra IV. n. 81.

Spec. II. Muricatum ſeu dentatum; **getakte Snippe-kop.**

1. Roſtro & turbine brevioribus; curtis & acutis muricibus. *Rumph. Tab.* XXVI. *n.* 4. *Bonann. n.* 281. Purpura *Jonſton. Tab.* X. *Aldrov. p.* 285.
2. Ex duplici ordine in ima parte primi orbis. *Liſt. Tab.* 900. *f.* 20. *Bonann. n.* 283.
3. Longiroſtrum ſpinoſum; ventre & roſtro rugoſis; ſpinis raris aduncis & magnis, trocho obtuſo. *Rumph. Tab.* XXVI. *n.* 5. *Bon. n.* 282. *Liſt. Tab.* 901. *f.* 21. **De gedoornde Snippe-kop** *Belg.*

Spec. III. Toroſum. Purpura *Jonſtoni Tab.* X. *n.* 6. Extus toroſe plicatum, verſus mucronem obtuſe muricatum; intus læve; labio altero replicato, altero ſerrato, roſtro acuto.

Spec. IV. Rugoſum longiroſtrum; totum tranſillis (*a*) velut hiulcum. Album ſive oſſeum leviter flaveſcens; intus nitidum & lævigatum, extus ſuper fulva tubera notulis roſeis, flavis, furvis & rubicundis ſparſim depictum. *Bonann. n.* 268. *Liſt. Tab.* 903. *f.* 23.

(*a*) Tranſillæ *per ſimilitudinem dicuntur protuberantiæ teſtarum, velut glandulæ in faucibus eminentes.*

## GENUS VII.

## *TRIBULUS ROSTRATUS.*

§. 182. Hæc Cochlis equidem cum tribulo nil niſi ſpinas habet communes; interim tamen, quia *Rumphius* & alii eam hoc nomine jam

dudum

dudum inſigniverant, ſub uſitato hoc, licet incongruo, nomine intelligimus Cochlidem globoſam longiroſtram, muricibus longis acutis denſisque hiſpidam.

§. 183. Spec. I. Simplex. **Spinneſtop of Limoen-doorn.** Bia Duri Lemon. Buccinum longiroſtrum, tenue, tribus ſeriebus ſpinarum teretium acutarum & aduncarum, verſus mucronem incurvatarum, obſitum; coloris albidi; *Rumph. p.* 86. *Tab.* XXVI. *lit.* G. Purpura aculeata: Sconciglio ſpinoſo *Bonann. n.* 269. *Liſt. Tab.* 902. *f.* 22.

Spec. II. Duplex, ſpinis longioribus, cum minoribus ſuper buccino grandiuſculo roſtrato in tribus ſeriebus alternantibus. **De dubbelde Spinnekop of het Peeten-kammetje.** Bia Siſſia. *Rumph. Tab.* XXVI. *n.* 3.

Spec. III. Frondoſus, muricibus longis, raris, frondoſis, aduncis; ventre rugoſo, roſtro elongato, muricato. **Harte Hoorntje**/ *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XXVI. *n.* 1. Picturam oſtendit Tab. Noſtra IV. n. 82.

## *CLASSIS II.*

## VOLUTA LONGA.

§. 184. Cochlides Volutæ dicuntur Longæ, quæ, præter ventris oblongi gyros internos, alios ex baſi producunt externos.

### GENUS I.

### *CONUS.*

§. 185. Coni nomen damus faſciis teſtaceis latis in formam coni convolutis, ita ut ex baſi mucro plus minus conicus ſe exſerat.

§. 186. *Synon.* Bia Tsjintsjing. Kranglanke. **Wellen/ Tooten/ Bakken/** *Belg.*

§. 187. Spec. I. Baſeos lævis:

1. Meta butyri. **Boterweg; geele Eyger.** Spiris in baſi diviſis, planis, ex nigro flammeis; medio mucrone brevi, acuto; ventre butyraceo, per ſeries micarum nigricantium inæqualium quaſi faſciatus. *Rumph. Tab.* XXXI. *lit.* C.
2. Meta Butyri minor, characterum ſeriebus magis regularibus. *Rumph. p.* 102. *n.* II.

3. Vo-

3. Voluta muſicalis; Muſykhoorn. A B C Boekje. Letter-hoorn; witte Tygertoot. Baſi plana, teſta alba, maculis nigris, per ſeries inſcripta.
a. Maculis nigris teſſellatis. *Rumph. Tab.* XXXI. *lit.* D. *Liſt. Tab.* 773. *f.* 19.
b. Venter medius duabus vel tribus faſciis vittatus; notæ longiores. *Rumph. p.* 103. *Liſt. Tab.* 774. *f.* 20.
c. Notulæ parvæ, inſtar Metæ butyri. *Rumph. ibid.*
d. Eburnea, ebeno nigro velut teſſellata. *Bonann. n.* 122.
e. Fulva, heluaceis notis, nigricans. *Bonann. n.* 128.
f. Notis aureis & rufis ordinatim diſtributis. *Bonann. n.* 131.

4. Cereola. Keersje. Bia liling. Menniſte Toot. Baſis obtuſe conica, ſpiris planis lævibus; apice oris violaceo.
a. Striis albis. *Rumph. Tab.* XXXI. *lit.* E. Icon exſtat in Tab. Noſtra IV. n. 83.
b. Spiris baſeos toroidibus, ore extremo violaceo. *Liſt. Tab.* 754. *f.* 2. Similis, paulo coloratior, rictuque fere toto violaceo; *Liſt. Tab.* 758. *f.* 3.

5. Voluta pennata, baſeos mucronatæ. *Belg.* Speldewerk-hoorns vulgo: ab aliis vocantur etiam Goudlakenſe/ ſed male juxta *Schynvoetium ad Rumph. p.* 107.
a. *Rumphii Tab.* XXXII. *lit.* O. & P.
b. Turcica; velut Attalica manu, aureo albo & ſanguineo colore, picta; *Bonann. n.* 135.
c. Rubra major, ſubtiliter ſtriata, plumis minus regulariter diſpoſitis, & minus grate coloratis. *Liſt. Tab.* 788. *f.* 40.
d. Rubra minor, gracilis plumis candidis. Zilverlakenſe *Rumph.*
e. Attagenata flava. Attagen, Korhoen/ Goudlakenſe/ plumis flavis, nigro diſtinctis, *Rumph.*
f. Purpurea, maculis albis, aurea lineola circumdatis. *Bonann. n.* 123.
g. Jaſpidizans, ſeu Siculo Jaſpidi ſimilis. *Bonann. n.* 133. *Liſt. Tab.* 790. *f.* 43.

6. Voluta maculoſa. Achaate-toot. Gepleke Katje. Achaate Stamper. Baſeos mucronatæ; ventre maculis latis, longis, intenſe flavis, inter micas plumbeas & puncta, inſtar arenæ diſperſa, picto. *Rumph. Tab.* XXXII. *lit.* Q.

7. Voluta granulata. **Gegranuleerde Katje.** Eſt voluta minor, in baſi maculata, in ventre per ſeries transverſales granulata. *Rumph. Tab.* XXXII. *lit.* T.
8. Voluta transverſalibus filis cincta, ſuperficie fuſca, nigricantibus filis circumducta.
   a. Quercino ligno ſimilis. **Eikenhouts-toot.** *Rumph. Tab.* XXXI. *lit.* V.
   b. Faſciata per medium & ad mucronem cingulo albo. **De Eikenhouts-toot met banden.** *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XXXIII. *n.* 1.
9. Voluta longitudinalibus filis.
   a. Rufis venis longitudinalibus, faſciis transverſalibus, varii coloris. **Gebande Olyven-toot / Aracans Garen.** *Rumph. Tab.* XXXIII. *lit.* W. *Liſt. Tab.* 786. *f.* 34.
   b. Rufis circulis, nonnihil ſinuoſis, baſi parallelis, ad apicem plicata; intus alba; baſi rufa. *Muſ. noſtri.*
10. Faſciata; in baſi lata & conica maculoſa; in medio ſimili faſcia conſtricta.
   a. Viridis, inſtar caſei, faſcia alba nigre maculata; ore violaceo ſeu nigro. **Groene Kaas.** *Bonann. n.* 139. *Rumph. Tab.* XXXIII. *lit.* X.
   b. Fuſca, nitens & varie micans, faſcia media diviſa per micas, vulgo: **Speldewerks Kuſſen.** Bia bantal, *Rumph. Tab.* XXXIII. *lit.* Y.
   c. Magna, **de groote Olyven-bandtoot**; maculis magnis ſuper faſciis latis. *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XXXI. *n.* 5.
   d. Aurantia. **De Orange Admiraal.** *Voluta rariſſima.* Alba, faſciis latis aurantiis, inter ſtrias aſperas, nigro albas. Turbo trochiformis ejusdem coloris. *Schynvoet ad Rumph. p.* 108. *Tab.* XXXIV. *lit.* A.
   e. Bifaſcis Admiralis; **de Admiraal**; *olim* 500. *flor. Belg. vendita;* maculis albis, cordatis, ſuper faſciis latis; reliqua ſuperficie quaſi texta. *Schynvoet ad Rumph. l. c. Tab.* XXXIV. *lit.* C.
   f. Polyzonos; maculis albis, majuſculis, inæqualibus; *ſpecies rara. Schynvoet ad Rumph. l. c. Tab.* XXXIV. *lit.* D.
   g. Admiralis Indiæ Occidentalis; **Weſt-Indiſche Admiraal of de Admiraal van Oma**; American-Admiral *Anglice;* faſciis

albis

albis maculatis. *Schynvoet ad Rumph. l. c. Tab.* XXXIV. *lit.* E.

h. Vice-Admiralis; coloris punicei; maculis albis; faſcia alba venoſa, venis fuſcis diviſa; trocho acute exſerto; ſpiris nonnihil convexis. **De Vice-Admiraal**/ *Schynvoet ad Rumph. l. c. Tab.* XXXIV. *lit.* F.

i. Genuana; **Geneeſche-toot.** *Teſta rara & cara.* Coloris purpurei, faſciis albo-nigris, aſperis, cincta; latioribus cum tenuioribus alternantibus. *Schynvoet ad Rumph. l. c. Tab.* XXXIV. *lit.* G.

k. Leo; a maculis leoninis, *ſive* leonibus per deceptam phantaſiam adſimilatis (*cum Leones nullas habent maculas*) baſeos planæ; faſciis obſcuris. **De klimmende Leeuw-toot of Schildpad-toot**/ *Schynvoet ad Rumph. p.* 109. *Tab.* XXXIV. *lit.* M.

l. Byſſina; in qua quadratæ notæ ſanguineæ; puncta crocea; & lineolæ ruſæ, vel fulvæ; opus quaſi acu pictum efformant. *Bonanni n.* 132.

m. Faſciata, pennata; coloris fulvi dilucidi, ſuper faſciis; maculis cruentis, velut ſquamis, decorata. *Bonann. n.* 136. *Liſt. Tab.* 762. *f.* 11. Similis *Liſt. Tab.* 770.

n. Plumbea; ſuper qua multiplices faſciæ latiores, anguſtiores albæ, conchyliatis notulis teſſellatæ, alternant. *Bonann. n.* 337. *Liſt. Tab.* 769.

o. Livida; binis faſciis albis cincta; notulis cruentatis gyroſe teſſellata; baſis alba ſanguine velut maculatur. *Bon. n.* 361.

p. Pardus; ob maculas ſanguineas teſſellatas æque diſtantes, ſuper lacteo colore inter tres zonas aureas. *Bon. n.* 363.

q. Sublivida, lineis ex ruſo alboque teſſellatis vittata. *Liſt. Tab.* 763. *f.* 12. an, Rhombus faſciis ex albo nigroque catenatis, *Petiv. Tab.* 15. *f.* 11.?

r. Lineis integris, ſubruſis, denſe faſciata. *Liſt. Tab.* 785. *f.* 32.

s. Lineis integris, obliquis, faſciata. *Liſt. Tab.* 768.

t. Sublutea; lineis quibusdam punctatis & faſciis undatis picta. *Liſt. Tab.* 780. *f.* 27. An Rhombus, *Petiv. Gaz. Tab.* 28. *f.* 4.?

u. Lineata; faſciata; & maculis ruſis undoſis marmorata; mucrone breviter acuminato. *Liſt. Tab.* 777. *f.* 23. 24.

w. Similis; mucrone gracili. *Liſt. Tab.* 786. *f.* 35.

11. Arenata; quaſi arena conſperſa, **Zandhoorntje.**
a. Major; micis majuſculis; **Vliegeſcheetje**/ *Rumph. p.* 106. *Tab.* XXXIII. *lit.* Z. **De Vlooieſcheet**/ *ibid. n.* 2.
b. Minor; **Muggeſcheetje**; *Rumph. Tab.* XXXIII. *lit.* A A.
12. Muſica ruſticorum; **Boeren Muſyk**; tota rubra, maculis nigris, quadratis; **geplekte katje.** *Rumph. T.* XXXIII. *lit.* B. B.
13. Meta Butyri, Boeroenſis; **Cyperſche katje of 't aſchgraeuw. Boero's Boterwegje**; pollicem longa; coloris cinerei; ſtriis transverſis interruptis. *Rumph. Tab.* XXXIII. *lit.* G. G.
14. Luhuana, **de Loehoneeſche Canary of Hoorn.** Venter conicus, paulo diductus, alatus; teſta craſſa, lævis, albida; maculis latis, fuſcis, velut in faſces confluentibus; labio intus rubente, ex oppoſito nigro, viridi & flavo; mucrone cochleato. *Rumph. Tab.* XXXVII. *lit.* S.
15. Nuſſatellana, a loco; **de ruige of gegranuleerde Kuipers Boor;** ad Cylindrum inclinans; longa; trocho baſeos elongato, tota granulis ſtriata; coloris rufi; aliquando maculoſa. *Rumph. Tab.* XXXIII. *lit.* E. E.
16. Nodoſa; colore vinoſo tincta; circa baſin in ambitu plicata; glandulis prominentibus; ubi in mucrone decreſcit, eam cingunt quædam velut fila, frequenter nodis implicata. *Bonann. n.* 125.
17. Baſeos fere planæ & latæ; colore albo, cyaneo diluto, tyrio & caſtaneo. *Bonann. n.* 130.
18. Transverſim ſtriata, tota candida, notis aureis ſine ordine notata. *Bonann. n.* 364.
19. Voluta ſpectrorum; **Spookje; Achaate toot**; baſeos rotundatæ; coloris lutei; characteribus undoſis; ſpectra chartarum luſoriarum quodammodo repræſentantibus. *Rumph. Tab.* XXXII. *lit.* S.
20. Nebulata, ex rufo paſſim lineatim punctata. *Liſt. Tab.* 772. *f.* 18. Similis & ingens, *Liſt. Tab.* 771. *Tab.* 745. *f.* 36. & *Tab.* 760. *f.* 6.
21. Undata ex rufo; clavicula acuta & ſulcata. *Liſt. Tab.* 782. *f.* 29. & *Tab.* 785. *f.* 33.
22. Flammea; vel undatim ſecundum longitudinem depicta; clavicula compreſſa. *Liſt. Tab.* 781. *f.* 28.
23. Striis capillaceis, & velut acu pictis circumſcripta. *Liſt. Tab.* 755. *f.* 7.

24. Nu-

24. Nubecula; maculis albis, inter obſcuriores nubes, montoſis. Schuinct-toot; *Rumph. Tab.* XXXIII. *n.* 4. *Bonann. n.* 126.
25. Punctata, rufa vel alba; punctis fulvis (*a*) vel rubentibus aſperſa; *Bonann. n.* 124. *Liſt. Tab.* 757. *f.* 9.
26. Conſtricta; verſus apicem coni furvi (*b*), candidi quidam funiculi gyros efficiunt, & circa baſin pinnularum quaſi corona nectitur, *Bonann. n.* 137.
    Striis punctatis granulatis, *Liſt. Tab.* 744. *f.* 35.
    An Rhombus albus, faſciis flavis & mæandrinis (*c*) alternatim perbelle pictus, *Petiv. Gaz. Tab.* 22. *f.* 11?
    Virgulis catenatis & bicoloribus. *Liſt. Tab.* 738. *fig.* 33.
27. Pyriformis; birn-feigen-artig; candida; faſciolis piceis ſegmentata. *Bonann. n.* 138.
28. Lactea; circa baſin in pinnulas deſinentem candidior, intus violacea. *Bonann. n.* 365.
29. Subpurpurea; ſtriis majuſculis eminentibus. *Liſt. T.* 760. *f.* 5.
30. Subrufa, faſciata, zonis anguſtis ex albo & nigro teſſellatis *Liſt. T.* 767. *f.* 16. minutiſſimis maculis, *Liſt. T.* 788. *f.* 41.
31. Undulata parva; maculis ex rufo nigricantibus. *Liſt. Tab.* 779. *f.* 26.
32. Maculata, parva; quaſi ex rufo denſe reticulata. *Liſt. Tab.* 789. *f.* 42.
33. Pennata; Caſſis pennata *Rumphii Tab.* XXXIII. *lit.* C. ore rubente; pinnis nigro-fuſco-albis diſtincta; apice fimbriato.
34. Achatina. Achaat-toot:
    a. Maculoſa, verſus apicem parumper curva, baſi convexa, mucrone acuto. *Rumph. Tab.* XXXIV. *lit.* K.
    b. Striata; geſtreepte Achaat-toot; *marbled Achat Stamper;* mucrone trochiformi, nubeculis albis picta, baſi decurrente. *Schynvoet ad Rumph. ib. lit.* L. *Liſt. Tab.* 775. *f.* 21.

35. Ca-

(*a*) Fulvus, *cum levi rubedine flaveſcens*, wie ſpaniſch Rohr.
(*b*) Furvus, *nigredinis obſcuræ*, getuſcht.
(*c*) Mæandrinus, verzogen wie ein Irrgarten.

35. Capucini; Grau München; Graeuwe Munniken; Oude Wyven/ *Belg.* Volutæ fere ovales parvæ:
  a. Cinereæ, rugoſæ. *Rumph. p.* 106. *Tab.* XXXIII. *lit.* DD.
  b. Albæ, granulis nigris conſperſæ. *Ibid. lit.* CC.
36. Bruinetta, maculis inter obſcuriores nubes albis & ſquamatis. Bruinet-toot / Hoenderveder / *Belg. Rumph. Tab.* XXXIII. *n.* 3. *Liſt. Tab.* 744. *f.* 34.
37. Multicolor; viridi, flavo, ſanguineo, fuſco, citreo & oleacio ſine ordine aſperſa. *Bonann. n.* 125. *altera.*
38. Ravida (*a*), faſcia alba transverſim cincta, & binis aliis faſciolis in longum ſegmentata. *Bonann. n.* 127.
39. Braſilienſis; lævis; labio paululum exerto, coloris caſtanei. *Bonann. n.* 326.
40. Faſciata, & per faſcias quaſi turbinata. *Liſt. Tab.* 786. *f.* 36.
41. Albida, lævis, mucrone acuto. *Liſt. Tab.* 753. *f.* 1.
42. Nubecula mucronata, ſeu Rhombus ex rufo nebulatus, lineisque quibusdam interſectis inſcriptus. *Liſt. Tab.* 764. *f.* 13.
43. Alia, acutius mucronata; *Liſt. Tab.* 765. *f.* 14.
44. Raris undis ſubrufis, tenuis albida; *Liſt. Tab.* 783. *f.* 30.
45. Clavicula producta, fuſca lævis; ex albo faſciata. *Liſt. Tab.* 786. *f.* 37.
46. Cedo nulli; muſei olim D. de la *Faille;* nunc Regis Portugalliæ; cujus icon vivis coloribus in *Muſ. Klein.* (*b*)

(*a*) Ravidus, ſchwartz-gelb/ nigro-luteus.
(*b*) Catalogue raiſonné de Coquilles p. 18. *Le Cabinet de feu M.* de la Faille, *Auditeur des Etats, fut vendu à la Haye il y a* 4. *ans* (1732.). *Il s'y en trouva une en particulier d'environ deux pouces de longueur, de l'Eſpece de celles, que l'on appelle* Amirales, *& à la quelle on avoit donné le nom* Cedo nulli, *qui fut achetée par un marchand pour mille vingt Livres de notre argent* (*de France*). *Cette coquille orne actuellement le Cabinet du Roy de Portugal.*

§. 188. Spec. II. Baſeos muricatæ:
1. Voluta marmorata. Marmer-hoorn. Harts-hoorn/ a maculis cordiformibus. Bija Tsjintsjing. King-hoorn.
  a. Vulgaris; cujus baſis mucronata; ſpiræ verrucoſæ; venter niger,

niger, maculis albis, magnis, cordiformibus pictus. Fiunt hinc annuli rarioris artificii. *Rumph. Tab.* XXXII. *lit.* N.

b. Baſi compreſſa. Rhombus compreſſus clavicula nodoſa. *Liſt. T.* 787. *f.* 39.

c. Faſciata; baſi obtuſa, hiulca; duabus plagis, faſciarum inſtar, obſcuratis, maculis majoribus. **Hartshoorn met banden.** *Schynvoet ad Rumph. p.* 107. *Tab.* XXXII. *n.* 1.

2. Voluta Tygerina; **Tyger**; **Wolkhoorn**; baſeos anguſtioris, ſpiris ſulcatis; ventre longo, ſubtiliter ſtriato, nubeculis caſtaneis, ſæpe nigricantibus, ſuper albo & rubenti. *Rumph. Tab.* XXXI. *lit.* F.

3. Admiralis. **De Opper-Admiraal.** Obſcure faſciata, eleganter maculoſa; ex flavo fuſca; obſcurioribus nubeculis interlabentibus; maculæ ſunt cordiformes; zonæ luteo albo diſtinctæ; mucro acute trochiformis; quod Belgi dicunt **Topſchoon.** *Schynvoet ad Rumph. p.* 108. *Tab.* XXXIV. *lit.* B.

4. Coronata; teſta alba, labio paulum diducto; faſciis duabus latis, luteis, nigro & albo maculatis; baſi lata denticulata & maculoſa. **De Kroonhoorn** / *Schynvoet ad Rumph. p.* 108. *Tab.* XXXIV. *lit.* H. I. Figuram vide in Tab. Noſtra IV. n. 84.

5. Gemmata; cujus mucro corona multiplici decoratur, quam format globulorum linea, in ſpiris orbium, ſupra baſin eminentibus, poſita. Colore aureo, notis albis artificioſe diſtincto. *Bonanni n.* 129.

6. Jaſpidizans, tincta colore albo, ruſo, rubro, muſtelino, terreo. *Bonanni n.* 134.

7. Gagates, *Bonann. n.* 362.

8. Punctata per ſeries; clavicula muricata. *Liſt. T.* 761. *f.* 10.

9. Subcrocea; faſciis ad roſtrum bullatis. *Liſt T.* 759. *f.* 4.

10. Alba, lineis latis croceis teſſellatis cincta; apice coni purpuraſcente; *Liſt. Tab.* 767. *f.* 17.

11. Nebulata ex ruſo, exiguis lineis ad roſtrum bullatis. *Liſt. Tab.* 777. *f.* 24.

12. Undata, maculis ex nigro ruſeſcentibus. *Liſt. T.* 779. *f.* 25.

13. Punctata & teſſellata. *Liſt. Tab.* 766. *f.* 15.

G E-

# GENUS II.

## *TROCHO-CONUS.*

§. 189. Trocho-Conum dicimus Cochlidem per *Coni* & *Trochi* fere æqualium *baſes conjunctas* formatam. Apparent videlicet in hoc genere duo coni; baſibus conſertis; ſed alter *turbinatus*, alter *volutus* ſeu intortus.

§. 190. Spec. I. Lævis:

1. Fragilis, albus, nonnihil terreus, in mucrone lentiginoſus (*a*); *Bonanni n.* 291.
2. Undatus, aliquando inſtar Serpentis ſquamatus; *Bon. n.* 292.

(*a*) Lentiginoſa *a* Verrucoſis *differunt exactiore tuberculorum rotunditate*, *quæ in* Verrucoſis *negligitur*.

§. 191. Spec. II. Striatus:

1. Conus toroides. **Stompje.** Coſtis rotundis; labio lacero; micis nigris inſcriptus; trocho lato & iſopleuro (*a*) (*cujus latera ſunt æqualia*) *Rumph. Tab.* XXXV. *lit.* C.
2. Pyramidalis; *Bonanni n.* 303.
3. Ampullaceus, undatim depictus; columella ima crocea. *Liſt. Tab.* 883. *f.* 6.
4. Inflatus; denſe ſtriatus. *Liſt. Tab.* 889. *f.* 10.
5. Nebulatus; *Liſt. T.* 891. *f.* 11.

(*a*) Iſopleuron, *figura geometrica.*

§. 192. Spec. III. Muricatus:

1. Lucifer; **Morgenſtar**; per metaphoram a militari inſtrumento veterum ita dictus (**getakte Zwitzers Broek. Bonte Cak-hoorn.**) Craſſus, denſe muricatus, ſuper albo caſtaneus. *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XLIX. *lit.* L. *Liſt. T.* 829. *f.* 51.
2. Gallicus. **De Franſche Hoorn/ de gemarmerde Cameel-hoorn/** *Belg.* Lævis, in Cono marmoratus & faſciatus; in Trocho leviter muricatus & conſtrictus. *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XLIX. *lit.* M. *Liſt. Tab.* 888. *f.* 9. *Bonann. n.* 288. Figuram exhibet Tab. Noſtra IV. n. 85.
3. Tubuloſus. Bia Papuwa. Banda Burshell; male Caſſis verrucoſa.

a. Se-

a. Secunda *Rumphii Tab.* XXIV. *lit.* B. Eſt enim Conotrochus acutus, in dorſo nodoſus, & hiulcus; in trocho erectis tubulis ſive canaliculis muricatus; coloris leucophæi, muricibus nigro pollutis. Getakte Pimpeltje *Belg.*
b. Tenuis; ſquamis ſemilunaribus (*a*) in labio.
c. Albus, mucrone minus elongato.
d. Niger, mucrone elongato, in dorſo & ore leviter muricatus.

4. Marmoreus. Caſſis Ceramica. De Morgenſtar of getakte Switſers Broek, *Belg. Rumphii Tab.* XXIV. *lit.* A. Purpura marmorea *Bonanni n.* 270. Teſta, quaſi petroſa, in dorſo & mucrone ſpiraliter inæqualibus canaliculis pyramidalibus muricata, dorſo terreo, muricibus nigricantibus, ore languide albo.
5. Plicatus; ſeu Caſſis plicata, canaliculis ſpiralibus rugoſis inſtar faſciarum complicatarum & laciniatarum, planis; de Switſers Broek; *Rumph. Tab.* XXIV. *n.* 1. Purpura Neapolitana ſeu caroſa *Bon. n.* 271. fuſca ſive livida, raro albeſcens, cum maculis rufis, faſciiſque conchyliatis aut croceis.
6. Tota quaſi lacerata; *Liſt. Tab.* 906. *f.* 25.
7. Laciniis circa Coni & Trochi conjunctiones diſpoſitis. *Liſt. Tab.* 906. *f.* 26. & *Tab.* 885.
8. Tumidus, quaſi ex fuſco nigricans; Trocho humili; Cono plicato & muricato, lineolis fuſcis circumdato. *Bon. n.* 76.
9. Sinuoſus in turbine; Buccinum ſtriatum, faſciatum, fuſcum. *Liſteri Tab.* 928. *f.* 22.
10. Undatus; Buccinum magnum, roſtro muricato; *Liſt. Tab.* 810. *f.* 19.
11. Toroſus; clavicula muricata; apertura leviter purpuraſcente. *Liſt. Tab.* 886. *f.* 7.
12. Lineatus; grandioribus muricibus. *Liſt. Tab.* 887. *f.* 8. alius *Liſt. Tab.* 893. alter ſine num.
13. Dentatus; *Liſt. Tab.* 890.

(*a*) Lunaris *i. e. rotundus: nam veteres & barbari rotunda Lunæ comparant;* Semilunatus, *figura lunæ dimidiæ.*

## GENUS III.

## *DITROCHUS.*

§. 193. Eſt Cochlis Voluta, longa, quaſi ex gemino Trocho figurata. Conicus enim venter, ſpiraliter toroſus eſt.

§. 194. Spec. I. Semiplicatus; Semilentiginoſus; ſive Turbo tuberculis ubique diſtinctus, quæ ſupra colorem aureum mirifice albeſcunt. *Bonanni n.* 61. Figuram vide in Tab. Noſtra V. n. 86.

Spec. II. Cinereus & lividus, cujus teſtam formant decem ſpiræ aculeatæ, circa baſin auctiores; pars exterior circa labia lacteſcit; velut ſub Sandaracca. *Bonann. n.* 286.

## GENUS IV.

## *TURRICULA.*

§. 195. Turriculas dicimus Cochlides volutas, ex ventre conico longo in acutiſſimum Strombum productas.

§. 196. Species.

1. Articulata:
   - a. Nigricans, ſpiris plicatis. *Rumph. pag.* 98. *n.* XIX.
   - b. Sulcata in longum & rugoſa; ſpiraliter ſtriata; coloris rufi & flavi, aliquando rubris nigriſque faſciis cincta. **Het Toorentje / de Band pen** / *Rumph. Tab.* XXIX. *lit.* R.
   - c. Plicata; Teſta craſſa, griſea, ob plicas, ſtriges, rugas, tota hiulca. **Het geplooide Torentje.** *Rumph. Tab.* XXIX. *lit.* S. Magna in his eſt colorum & figuræ varietas. *Bonann. n.* 64. Icon exſtat in Tab. Noſtra V. n. 87.
   - d. Corallium. Bia Bidji gnemon; plicis anguloſis & faſciatis, mire ludens. *Rumph. p.* 98. *n.* XX.
2. Spiris rectangulis, ore contracto. *Schynvoet ad Rumph. T.* XLIX. *lit.* E.
3. Digitellus:
   - a. Craſſus; ſemidigitum longus; ventre rotundo; pullo; nunc granulato, nunc faſciato; turbine plerumque incurvo; apice obtuſo. **Het Vingertje** / *Rumph. Tab.* XXIX. *lit.* Q.
   - b. Minor; lævis; albus; nitens. *Rumph. p.* 97. *n.* XVIII.
4. Filis cincta; ventre tereti; ſtriis ſpiralibus nigricantibus, inſtar

ſtar ferreorum filorum compoſitis. **Het Corentje met draadjes of geribt Corentje**/ *Belg. Rumph. Tab.* XXIX. *lit.* T.

5. Granulata, cinereo alba. **Het gebandeert Corentje of de Staten Vlag-pen**/ *Rumph. Tab.* XXIX. *lit.* V.
6. Bozios *Luſitan.* ſeu Buccinum ſpirale, coloris cinereo-fuſci, rugoſum & plicatum. *Rumph. Tab.* XXIX. *lit.* X.
7. Multicolor; canaliculo recurvo; mucrone plicato; trochoide exſerto; colore vario picta. *Bonann. n.* 65.
8. Monozonos; cono partim plicato, partim rugoſo, interlabente faſcia, a mucrone plicato diviſa; coloris albi & pulli diverſimode confuſi. *Bonann. n.* 74.
9. Reticulata; vulgo *Garaggo;* ab Hiſpanico: *Scaragol;* multiplici colore tincta. *Bonann. n.* 78.

## GENUS V.

## *THEMA MUSICUM.*

§. 197. Sunt Trochi anguloſe plicati in conum diductum abeuntes, cujus apex per ſinum hiat; os labium craſſum exſerit, & ex oppoſito plicas, ſtriarum inſtar, format. In maculis & lineis notarum muſicarum ſimilitudo quæritur. **Hoornbak Stampers.**

§. 198. Species:

1. Marmorea; rugoſa; craſſa teſta; in oceani fundo candida, rubris maculis cruentata. *Bon. n.* 284. *Liſt. Tab.* 810. *f.* 19.
2. Clavicula muricata, craſſum, *Liſt. T.* 805. *f.* 14. **De Muſyk-hoorn.** Picturam exhibet Tab. Noſtra V. n. 88.
3. Ebraicum, inſignis ex maculis vel ſanguineis vel terreis, quæ tanquam arbitrariæ notæ ſupra colorem album, aureo mixtum, diſperſæ, Hebræorum characteres multoties exprimunt. *Bon. n.* 393. Buccinum muſicum grave faſciatum. *Liſt. T.* 809. *f.* 18. **De Wilde Muſyk-hoorn.**
4. Gallorum muſica. *Bonann. n.* 296. 297.
5. Lividum; lineis luteis, ſerpentinis, inſcriptum. *Bon. n.* 305.
6. Anguſtum; clavicula leviter nodoſa. *Liſt. Tab.* 806. *f.* 15.
7. Sinuoſa clavicula, & ſtriata. *Liſt. Tab.* 812. *f.* 21.
8. Tenuis ex fuſco variegata; *Liſt. Tab.* 807. *f.* 16.

# GENUS VI.

## *VESPERTILIO.*

§. 199. Dicitur genus volutæ Cochlidis, quod ex Cono diducto Trochum muricatum & irregularem paucis ſpiris flectit. Bia Morſego, Bia Buduri, *Mal.* **Vleermuis** / *Belg.* Etiam **Wilde Muſyk** / quia quidam eorum veri Muſici ſimilitudinem quandam referunt; *Schynvoet ad Rumph. p.* 107.

§. 200. Species:

1. Pallide rufus, nigris undis; ore albo; muricibus longis, acutis. *Rumph. Tab.* XXXII. *lit.* H. *Bonann. n.* 294. *Liſt. Tab.* 808. *f.* 17. **De getakte Vleermuis** *Belg.* Icon exſtat in Tab. Noſtra V. n. 89.
2. Mucrone nodoſus, longior; rufus; undis fuſcis. *Rumph. T.* XXXII. *lit.* I. **De lankwerpige Vleermuis** *Belg.*
3. Murex Carthaginenſis, intus albus & roſeus; e Sandaracca valde pellucidus; *Bonann. n.* 321.

# GENUS VII.

## *NUBECULA.*

§. 201. Nubeculas cum *Belgis* dicimus volutas longas, inter conum & cylindrum ſua gibboſitate ambigentes; in baſi conica dentatas, maculis nubium more pictas. **Wolkje** / **Achaate Kroonbak.**

§. 202. Species:

1. Tulipa Gallorum; Puntu Madame. Coloris roſſi; albis nubibus diſtincti. *Rumph. Tab.* XXXI. *lit.* G. *Bonann. n.* 318. Figuram vide in Tab. Noſtra V. n. 90.
2. Purpuraſcens; nubibus cæruleis; *Rumph. p.* 103.
3. Tabula Geographica; ſuper teſta alba maculas & lineolas furvas, velut regiones, in tabulis Geographicis habet diſpoſitas. *Bonanni n.* 319.
4. Rhombus maximus, ex rufo vermiculatus; clavicula muricata. *Liſt. Tab.* 747. *f.* 41.

# GENUS VIII.

## DACTYLUS.

§. 203. Dactyli (Datteln; Wellen) ſunt cochlides cylindricæ volutæ; ad ſpeciem oſſiculi fructus arboris dactyliferæ; in apice ſinus eſt ſemilunatus nonnihil incurvus. **Cylinders / Rollen / Dadels /** *Belg.*

§. 204. Species:

1. Porphyriticus; obſcure cinereus, quaſi nigricans, inſtar porphyritæ; per medium faſciatus, intus flavus. *Rumph. Tab.* XXXIX. *n.* 1. *Liſt. T.* 727. *f.* 14. **De Porphyrſteene Dadel.**
2. Reticulatus & faſciatus. *Liſt. Tab.* 728. *f.* 15.
3. Nebulatus; *Liſt. Tab.* 728. *f.* 16. *Tab.* 739. *f.* 28.
4. Undatus *Liſt. Tab.* 732. *f.* 21. *Tab.* 734. *f.* 23. 24. *Tab.* 739. *f.* 26.
5. Niger; **Satyne Rolletje**; nitens; margine caſtaneo; labio ſæpe fimbriato; **Zwarte Dadel** nonnullis. *Rumph. T.* XXXIX. *n.* 2. *Liſt. Tab.* 739. *f.* 27.
6. Varius. **Achaat Dadel**; *Rumph. p.* 119. *n.* 3. Olivacea, fuſca, leucophœa.
7. Sepultura; **Prince Begraaffenis**; **Prince Stamper**; maculis nigris & venis ſuper olivaceo, exequiis ſimilibus. *Rumph. Tab.* XXXIX. *n.* 4.
8. Vulgaris, ſuper viridi flave ex cæruleo flammeus. *Rumph. p.* 119. *n.* 5. *Liſt. Tab.* 731. *f.* 20. **De gemeene gemarmerde Dadel.**
9. **Kamelotje** / undis nigricantibus; *Rumph. Tab.* XXXIX. *n.* 5.
10. Teſſellatus; *Liſt. Tab.* 720. & 721. *f.* 5. 6. 7.
11. Striatus & ex fuſco undatus. *Liſt. Tab.* 724. *f.* 11.
12. Ex fuſco & nigro undatus. *Liſt. Tab.* 735. *f.* 25. Figuram oſtendit Tab. Noſtra V. n. 91. a. & b.
13. Gibboſus, undis raris; *Liſt. Tab.* 740. *f.* 29.
14. Franciſcani: **Graauwe Monniken** *Belg.*
    Cinereo-nigri, ore violaceo. *Rumph. p.* 120. *n.* 6.
    Ex fuſco nigricans; *Liſt. Tab.* 718. *f.* 2.
15. Gutta cærulea. **Blauwdroppen** / *Rumph. Tab.* XXXIX. *n.* 6.
16. Mica magna. **Groote Glimmertje**; mucrone acute elongato. *Rumph. Tab.* XXXIX. *n.* 7.
17. Mica parva. **Kleine Glimmertje.** *Rumph. Tab.* XXXIX. *n.* 8.

18. Jaſpidizans; *Liſt. T.* 719. *f.* 3. *T.* 720. *f.* 4. *T.* 725. *f.* 12.
19. Venoſus, ſeu nebuloſus. *Schynvoet ad Rumph. T.* XXXIX. *n.* 9.
20. Cylindroides *Bon. n.* 141. **De lange dunne zeldzaame Dadel.**
21. Zimbo, e littore Braſiliano. *Bon. n.* 142. **De Braziliſche Dadel**
22. Acutus; ex toto albidus ſeu leucophæus, unica ſtria acuta. *Liſt. Tab.* 717. *f.* 1. **De witte Dadel.**
23. Brevis & ventricoſus. *Liſt. Tab.* 723. *f.* 10. an cylindrus Madraspatan: medio nubeculoſo, clavicula carnea. *Petiv. Gaz. Tab.* 10. *f.* 9?
24. Calloſus & diductus. *Liſt. Tab.* 730. *f.* 18. 19.
25. Exiguæ; *Liſt. Tab.* 733. *f.* 22. & *Tab.* 726.
26. Clavicula nodoſa. *Liſt. Tab.* 718. *fig. alt. parva.*

## G E N U S IX.

## *C U C U M I S.*

§. 205. Hoc genus a Dactylis non niſi figura oblonge elliptica differt. Eſt igitur VOLUTA, oblonga, elliptica, leviter ad extremum turbinata, ore longo falcato ſinuoſe, in apice reſecto.

§. 206. SPECIES:

1. Undulatus & maculatus. *Liſt. Tab.* 818. *f.* 31. 32. Pictura exſtat in Tab. Noſtra V. n. 92.
2. Craſſus:
   a. Denſe ſtriatus, *Liſt. Tab.* 813. *f.* 23.
   b. Subrufus, maculis albis *Liſt. Tab.* 818. *f.* 29. *Tab.* 813. *alt. fig.*
3. Ad claviculam variegatus; *Liſt. Tab.* 814. *fig. ſuper.*
4. Profunde ſtriatus; *Liſt. Tab.* 819. *f.* 36.
| 579. - - - - | 137. | 632. - - - - | 66. | 698. & 699. - | 229. |
| 583. *f.*36. - - | 147. | 634. & 635. - | 17. | 701. *f.*48. - - | 232. |
| 37.&38. | 121. | 636. - - - - | 17. | 49. - - | 230. |
| 584. *f.*39. - - | 111. | 637. & 638. - | 119. | 702. & 703. - | 232. |
| 40.&41. | 121. | 640. *f.*30. - - | 115. | 704. - - - - | 230. |
| 42. - - | 119. | 641. - - - - | 119. | 705. - - - - | 229. |
| 585. - - - - | 121. | 642. & 643. - | 119. | 706. - - - - | 230. |
| 586. & 587. - | 121. | 644. - - - - | 68. | 707. & 708. - | 230. |
| 588. *f.*47-50. - | 87. | 645. - - - - | 119. | 709. - - - - | 232. |
| 51. - - | 150. | 646. - - - - | 66. | 710. - - - - | 230. |
| 52. - - | 86. | 647. - - - - | 108. | 711. - - - - | 233. |
| 589. - - - - | 74. | 648. *f.*42. - - | 35. | 712. *f.*67. - - | 230. |
| 590. - - - - | 74. | 43. - - | 31. | 68. - - | 233. |
| 591. - - - - | 74. | 649. & 650. - | 17. | 713. - - - - | 222. |
| 592. & 593. - | 74. | 651. & 652. - | 17. | 714. *f.*70. - - | 224. |
| 595. *f.*1. - - | 42. | 653. *f.*51. - - | 36. | 71-73. - | 222. |
| 2.&3. - | 43. | 52. - - | 35. | 715. - - - - | 222. |
| 596. *f.*4.&5. - | 42. | 53. - - | 34. | 717. & 718. - | 204. |
| 6.&7. - | 43. | 654. - - - - | 119. | 719. & 720. - | 204. |
| 597. - - - - | 43. | 656. - - - - | 231. | 721. *f.*6. - - | 204. |
| 598. *f.*11. - - | 43. | 657. - - - - | 230. | 7. - - | 207. |
| 12.&13. | 42. | 658. - - - - | 232. | 722. - - - - | 101. |
| 14. - - | 43. | 659. - - - - | 232. | 723. - - - - | 204. |
| 599. - - - - | 43. | 660. & 661. - | 230. | 724. & 725. - | 204. |
| 600. *f.*17. - - | 43. | 662. & 663. - | 230. | 727. & 728. - | 204. |
| 601.602.&603. | 42. | 664. - - - - | 232. | 729. - - - - | 101. |
| 604. - - - - | 55. | 665. - - - - | 230. | 730. & 731. - | 204. |
| 605. - - - - | 55. | 666. - - - - | 229. | 732. & 733. - | 204. |
| 606. - - - - | 55. | 667. - - - - | 230. | 734. & 735. - - | 204. |
| 607. *f.*39.&40. | 34. | 668. *f.*13. - - | 230. | 736. & 737. - | 101. |
| 41.&42. | 57. | 14. - - | 231. | 738. - - - - | 187. |
| 43.&44. | 55. | 669. & 670. - | 230. | 739. & 740. - | 204. |
| 608. *f.*45. - - | 37. | 671. & 672. - | 230. | 741. - - - - | 208. |
| 46. - - | 27. | 674. - - - - | 231. | 744. & 745. - | 187. |
| 46. - - | 36. | 675. & 676. - | 230. | 747. - - - - | 202. |
| 610. - - - - | 51. | 677. - - - - | 231. | 748. & 749. - | 208. |
| 611. & 612. - | 52. | 678. - - - - | 229. | 750. - - - - | 208. |
| 613. & 614. - | 52. | 679. & 680. - | 231. | 751. - - - - | 177. |
| 616. & 617. - | 65. | 681. - - - - | 233. | 753. & 754. - | 187. |
| 618. - - - - | 65. | 682. - - - - | 230. | 755. - - - - | 187. |
| 619. - - - - | 66. | 685. - - - - | 231. | 757. & 758. - | 187. |
| 620. - - - - | 65. | 687. - - - - | 232. | 759. - - - - | 188. |
| 622. - - - - | 23. | 688. & 689. - | 229. | 760. - - - - | 187. |
| 623. - - - - | 68. | 690. & 691. - | 232. | 761. - - - - | 188. |
| 624. - - - - | 70. | 692. - - - - | 232. | 763. & 764. - | 187. |
| 625. & 626. - | 66. | 693. - - - - | 231. | 765. - - - - | 187. |
| 627. - - - - | 25. | 694. - - - - | 230. | 766. - - - - | 188. |
| 628. & 629. - | 66. | 695. - - - - | 232. | 767. *f.*16. - - | 187. |

# *INDICULUS.*

## Tabularum *Liſteri* ad COCHLIDES.

| Tabb. Liſteri. | Par. Meth. | Tabb. Liſteri. | Par. Meth. | Tabb. Liſteri. | Par. Meth. |
|---|---|---|---|---|---|
| 767. *f.* 17. | 188. | 828. | 141. | 893. | 177. & 192. |
| 768. & 769. | 187. | 829. | 192. | 894. & 895. | 167. |
| 770. & 771. | 187. | 830. | 167. | 896. | 167. |
| 772. & 773. | 187. | 831. | 141. | 897. | 139. |
| 774. | 188. | 832. | 167. | 898. | 167. |
| 775. | 187. | 833. | 239. | 899. & 900. | 167. & 181. |
| 777. | 187. | 834. *f.* 59. | 96. | 901. | 181. |
| 779. *f.* 25. | 188. | 60. & 61. | 224. | 902. | 183. |
| 26. | 187. | 835. | 96. | 903. | 181. |
| 780. & 781. | 187. | 836. | 76. | 904. & 905. | 219. |
| 782. & 783. | 187. | 837. | 73. | 906. | 192. |
| 785. & 786. | 187. | 838. | 92. | 907. & 908. | 177. |
| 787. | 188. | 839. | 92. | 911. | 143. |
| 788. & 789. | 187. | 840. | 92. | 912. | 154. |
| 790. | 187. | 841. & 842. | 73. | 913. | 154. |
| 792. | 242. | 843. & 844. | 73. | 914. *f.* 6. | 175. |
| 794. | 218. | 845. & 846. | 73. | 7. | 154. |
| 795. & 796. | 219. | 848. | 155. | 915. | 175. |
| 797. & 798. | 219. | 849. & 850. | 214. | 916. | 173. |
| 799. | 219. | 851. | 214. | 917. | 175. |
| 800. | 218. | 853. | 165. | 918. | 175. |
| 801. | 219. | 854. | 173. | 919. | 154. |
| 802. | 218. | 855. | 152. | 920. | 175. |
| 804. | 45. | 856. | 261. | 922. | 155. |
| 805. & 806. | 198. | 858. | 155. | 924. | 175. |
| 807. | 198. | 859. *f.* 15. | 261. | 925. | 154. |
| 808. | 200. | 16. | 143. | 926. *f.* 19. | 152. |
| 809. | 198. | 860. & 861. | 259. | 20. | 154. |
| 810. | 192. | 862. | 261. | 927. | 155. |
| 811. | 167. | 863. & 864. | 261. | 928. | 192. |
| 812. *f.* 21. | 198. | 865. | 84. | 929. *f.* 24. | 152. |
| 22. | 206. | 866. *f.* 21. | 255. | 930. | 155. |
| 813. | 206. | *f.* altera. | 84. | 931. | 143. |
| 814. | 137.&206. | 867. | 255. | 932. & 933. | 143. |
| 815. | 177. | 868. & 869. | 257. | 934. | 134. |
| 816. | 177. | 870. | 253. | 935. | 143. |
| 818. *f.* 20. | 206. | 871. & 872. | 251. | 937. | 143. |
| 819. *f.* 33. | 92. | 873. & 874. | 251. | 938. | 141. |
| 34. | 185. | 875. | 255. | 939. | 130. |
| 35. | 154. | 877. & 878. | 177. | 940. | 141. |
| 36. | 206. | 882. | 212. | 941. | 266. |
| 820. | 52. | 883. *f.* 5. | 177. | 942. | 167. |
| 821. | 92. | 6. | 191. | 943. | 137. |
| 122. *f.* 38. | } 92. | 885. & 886. | 192. | 944. | 266. |
| 39. | | 887. | 192. | 945. & 946. | 264. |
| 41. | 141. | 889. | 191. | 948. | 155. |
| 824. | 224. | 890. | 192. | 949. | 245. |
| 826. | 141. | 891. | 191. | 952. | 245. |
| 827. | 141.&137. | 892. | 177. | 953. | 141. |

# *INDICULUS.*

## Tabularum *Liſteri* ad COCHLIDES.

| Tabb. Liſteri. | Par. Meth. | Tabb. Liſteri. | Par. Meth. | Tabb. Liſteri. | Par. Meth. |
|---|---|---|---|---|---|
| 955. | 167. | 980. | 86. | 1003. | 138. |
| 956. *f.* 7. | 167. | 981. *f.* 40. | 92. | 1004. | 239. |
| 8. | 138. | 41. | 94. | 1005. | 235. |
| 957. *f.* 9. | 167. | 982. & 983. | 94. | 1006. | 239. |
| 10. | 167. | 984. | 139. | 1007. | 236. |
| 958. | 132. | 985. | 167. | 1008. | 239. |
| 959. & 960. | 126. | 986. | 167. | 1010. | 245. |
| 962. | 132. | 987. | 165. | 1011. | 167. |
| 963. | 92. | 988. | 237. | 1012. | 241. |
| 967. | 92. | 989. | 59. | 1013. | 92. |
| 968. | 141. | 990. | 167. & 139. | 1014. | 235. |
| 969. | 155. | 991. *f.* 53. | 167. | 1016. *f.* 74. | 236. |
| 970. *f.* 24. | 239. | 992. *f.* 54. | 224. | 75. | 241. |
| 25. | 237. | 55. | 248. | 1017. | 78. |
| 971. | 236. | 993. | 248. | 1018. *f.* 80. | 78. |
| 972. | 239. | 995. | 141. | 81. | 76. |
| 973. | 235. | 996. | 235. | 1019. | 76. |
| 974. | 94. | 997. | 235. | 1020. *f.* 83. | 78. |
| 976. *f.* 31. | 130. | 998. | 239. | 84. | 132. |
| 32. | 50. | 999. | 237. | 1021. | 76. & 78. |
| 977. *f.* 34. | 92. | 1000. | 237. | 1022. | 130. |
| 978. | 92. | 1001. & 1002. | 236. | 1023. | 134. |
| 979. | 73. | | | | |

# METHODI OSTRACOLOGICÆ.

*PARS* II.

EXHIBENS

CONCHAS.

# CONCHARUM.
# TABULA SYNOPTICA.

- CONCHA. §. 275.
  - I. MONO-CONCHA. §. 278.
    - 1. Patella. §. 280.
      - Integra. §. 282.
      - Lacera. §. 287.
    - 2. Anſata. §. 289.
      - Calyptra. §. 290.
      - Cochlearia. §. 293.
      - Mitra Hungarica. §. 295.
      - Cochlo-Lepas. §. 297.
  - II. DICONCHA. §. 299.
    - I. Æqualis. §. 299.
      - Connivens. §. 302.
        - Figurata. §. 303.
          - 1. Avicula. §. 304.
          - 2. Tudes polonica. §. 307.
          - 3. Iſognomon. §. 310.
          - 4. Parallelepipedum. §. 312.
        - Oſtreum. §. 314.
          - Longum. §. 315.
          - Mater perlarum. §. 317.
          - Læve. §. 320.
          - Imbricatum. §. 322.
          - Plicatum. §. 324.
          - Muricatum. §. 326.
        - Muſculus. §. 328.
          - Acutus. §. 329.
          - In latum oblique expanſus. §. 331.
          - Mammarius. §. 333.
        - Cyclas. §. 335.
        - Aurita. §. 337.
          - Pecten. §. 338.
          - Amuſium. §. 342.
          - Pſeud-Amuſium. §. 345.
          - Ctenoides. §. 347.
          - Radula. §. 349.
          - Vola. §. 351.
          - Triquetra. §. 353.
          - Spondylus. §. 355.
          - Mytulo pedunculus. §. 357.
        - Cordiformis. §. 359.
          - Hemicardia. §. 360.
          - Iſocardia §. 362.
          - Anomalocardia. §. 366.

CON-

CONCHA.

- II. DICONCHA.
  - I. Æqualis.
    - Interrupta. §. 369.
      - Sulcata. §. 370.
      - Umbilicata. §. 372.
        - Cricomphalos. §. 373.
        - Actinobolus. §. 375.
        - Omphalo-Clathrum. §. 377.
      - Sinu profundo. Chama. §. 379.
        - Chamatrachæa. §. 380.
        - Chamelæa. §. 384.
        - Quadrans. §. 388.
      - Sinu prominulo: Tellina. §. 390.
        - Circinata. §. 391.
        - Virgata. §. 394.
        - Striata. §. 396.
        - Granulata. §. 398.
        - Lævis. §. 400.
        - Muricata. §. 402.
      - Pyloris. §. 403.
        - Solenbivalvis. §. 405.
        - Concha longa biforis. §. 408.
        - Pholas. §. 410.
        - Concha longa uniforis. §. 412.
        - Muſculus polyleptoginglymus. §. 414.
        - Pinna. §. 416.
        - Concha Eboracenſis. §. 419.
        - Glicimeris. §. 420.
        - Mactra. §. 422.
  - II. Inæqualis. §. 424.
    - Terebratula. §. 426.
    - Concha trilobas. §. 428.
    - ——— adunca. §. 430.
    - Burſula. §. 432.
    - Globus. §. 434.
    - Stola. §. 436.
    - Concha anſata. §. 438.
- III. POLYCONCHA; Anatifera. §. 440.
- IV. NIDULI TESTACEI. §. 445.
  - Balanus. §. 446.
    - Monolopos. §. 448.
    - Polylopos. §. 450.
  - Aſtrolepas. §. 452.
  - Capitulum. §. 454.
- V. Echinus marinus. §. 456.
- VI. Tubulus marinus. §. 457.

# METHODUS OSTRACOLOGICA

SISTENS

# COCHLIDES ET CONCHAS.

## *PARS SECUNDA.*

## CONCHA.

§. 275. CONCHAS præciſe vocamus teſtas vaſculorum inſtar explanatas & concavas; quas animalia, prout appellantur, exſanguia varii generis ita inhabitant, ut eorundem, pariter ac in COCHLIDIBUS obtinet, partes conſtitutivæ ſint, quibus orbatis peritura.

§. 276. Differentiam Concharum principalem & primam petimus a numero; quibusdam enim ejusmodi vaſculum unicum eſt; aliæ duabus Conchis gaudent. Quo reſpectu Conchas commode in MONOCONCHAS & DICONCHAS diſpeſcimus.

§. 277. Polyconchas, vulgo ſic dictas, Nidulosque teſtaceos, Methodi Parti III. reſervamus.

# SECTIO I.

## MONOCONCHA.

§. 278. Monoconchæ ſunt Thalami teſtacei, ex una ſaltim concha fabrefactæ. **Eenſchaalige Schulpen/ Klipkleevers/** *Belg.*

§. 279. Vulgo dicuntur Univalves, pariter ac Cochlides Univalvia appellantur, μονόθυχαι; nam conchæ in Diconchis nunc patulis, nunc clauſis, aſſimilantur valvis: quo caſu loquendi ratio convenit, ut conchæ concha valva ſit: ſed quid portæ, quid valvæ vices ſuſtinet in Cochlidibus & Monoconchis? Qui quodvis teſtaceorum, etiam turbinatorum, genus indiviſim ad univalvia pertrahunt, ex canalibus & tubulis valvas faciunt, non ſine rerum verborumque confuſione.

## CLASSIS I.

## PATELLA.

§. 280. Patellæ ſunt Monoconchæ convexo concavæ ad ſcutorum veterum ſimilitudinem plus minus, plerumque leviter acuminatæ.

§. 281. *Synon.* Lepas. Lopas *Plauti.* Lambroas ſeu Lampas *Luſit.* πωμάλιον; πελαγλὴς *Græc. Jonſt. Charlet.* Lapido, *Maſſil.* Oeil du Bouc *Gall.* Pantalena *Venet. Rondel.* **Lampje/ Schoteltje/** *Belg.* Bia Sabla *Malab.* Schüſſel-Napff/ Schaal-Muſchel/ Schüſſelgen/ *Gesner. Valent. Langio.* White and Red Lampet *Angl.*

## GENUS I.

## PATELLA INTEGRA.

§. 282. Patellam dicimus Integram, cujus margo ſubrotundus & æquabilis.

§. 283. Spec. I. Striata:

1. Indica, major; ſtriis planis, ſtrigibus rugoſis; intus ſuper livido cruenta, extus opalina. *Bonann. cl.* 1. *n.* 4.
2. Cypria, ſtriis craſſis, ſtrigibus profundis; baſi elliptica, extus lutea, intus alba. *Bonann. n.* 3.
3. Striis rugoſis inæqualiter undata; *Jonſton. Tab.* XVI.

4. Denſe

4. Denſe ſtriata, circa os verticale fimbria lata, *Bellon. Jonſt. ib.*
5. Faſciata, *Jonſtoni.*
6. Leviter ſtriata; intus viridis, extra e fuſco rufeſcens. *Liſt. Tab.* 528. *f.* 4.
7. Viridis, ſtriis clarioribus, maculis albis, foramine utrinque nigricante. *Liſt. Tab.* 528. *f.* 5.
8. Nodoſa in ſtriis; *Liſt. ib. f. 6. Sloane Itin. Jam. p.* 232. Patella Barbadenſis rugoſa, *Petiv. Gaz. Nat. Tab.* 80. *f.* 12.
9. Variegatæ *Fab. Col.*, ambitu minus anguloſo, flavente, velut faſciata, maculis fuſcis binis per interſtitia exornata, interius alabaſtritica, in umbilico ſplendide flava; exterius parum ſtriata, pallida, maculis nigro flaventibus, radiatim ſuper margine poſitis, in ſuperna parte ruſe flava; apex candicans.
10. Ex livido cinerea; *Liſt. de Cochl. p.* 195. Teſta craſſa, varie maculoſa ex livido & cinereo. Patella ſtriata mediæ magnitudinis, e rubro cinerea, vertice aperto. *Sloane p.* 233.
11. Plicata diverſimode, foramine circinato notabilis. *Liſt. Tab.* 528. *f.* 7.
12. Maculata ſtriis capillaribus, per plicas carminata. *Liſt. Tab.* 535. *f.* 14.
13. Papillaris, ſeu patella ſubfuſca, exiguis tuberculis ſecundum ſtrias rugoſas aſpera. *Liſt. Tab.* 536. *f.* 15.
14. Nigra magna, tenuiter admodum & rugoſe ſtriata, vertice acuto integro. *Liſt. Tab.* 537. *f.* 16.
15. Nigricans minor, capillaceis ſtriis pectinata, ex Africa. *Liſt. ib. f.* 17. Icon exſtat in Tab. Noſtra VIII. n. 1.
16. Albida, intus citrina, extus raris puncturis ſanguineis eleganter picta. *Barbad. Liſt. Tab.* 537. *f.* 18. *Sloane p.* 231.
17. Nivea, plicis undoſe ſtriatis, vertice acuto. *Barbad. Liſt. Tab.* 537. *f.* 19. Figuram oſtendit Tab. Noſtra VIII. n. 2.
18. Oblonga, miniata, irregulariter & rugoſe ſtriata. *Liſt. Tab.* 538. *f.* 21.
19. Nigra, ſtriis latioribus albis alternatim radians ex vertice albicante. *Liſt. Tab.* 539. *f.* 23. Patella minor rotunda, nigra elata, radiis albis diſtincta, *Sloane p.* 231. Patella galeata, parva, coſtis albis, inæqualibus, *Petiv. mem.* 1708. *p.* 157. *n.* 4. *Gaznat. Tab.* 80. *n.* 10. *Cat.* 583.

20. Patella, ſtriis nigris donata; ipſo vertice albo, nigra linea cincto. *Liſt. Tab.* 539. *f.* 22.
21. Magna, fulva, lateribus paululum compreſſis, denſe & leviter ſtriata, vertice adunco. *Liſt. Tab.* 541. *f.* 25.
22. Decem radiis. *Liſt. Tab.* 529. Patella minor elata, radiis vel faſciis rubris, vertice aperto. *Sloane p.* 231.

§. 284. Spec. II. Reticulata ſeu clathrata:

1. Lutea, vel cinerea. *Bonann. n.* 6. *Jonſton. T.* XVI.
2. Clathri denſioris, eadem cum præcedenti. *Liſt. Tab.* 527. *f.* 2. (*a*) Figuram vide in Tab. Noſtra VIII. n. 3.
3. Teſſellata. Lepas nova. Myrti morbus, *Fab. Col.* Effigie terreſtris teſtudinis, tabellis angulofis conſtructa; colore cinereo, ad purpuram inclinante; inferna parte, qua hæret caudici, cava; *de Purp. Cap.* VII.
4. Clathri muricati. *Liſt. Tab.* 527. *f.* 1.
5. Depreſſa, ad marginem ſinuoſa. *Liſt. Tab.* 528. *f.* 3. Patella minor compreſſa, oblonga, cinerea, vertice perforato. *Sloane p.* 232.
6. Ovalis, ſeu patella albida, cancellata, lateribus paululum compreſſis. *Liſt. Tab.* 537. *f.* 20. *Sloane p.* 232.
7. Exigua, alba; fiſſura notabilis in margine. *Liſt. Tab.* 543. *f.* 28.

(*a*) *Patella cinerea cancellata, vertice elato, aperto;* Sloane p. 233. Petiv. Gaz. Tab. 8. n°. 11. Cat. n. 58. Barb. *Thimble Limpet* Muſ. Kirch. p. 463. n°. 6.

§. 285. Spec. III. Virgata vel circinata.

1. Major, *Rumphii Tab.* XL. *lit.* A.
2. Circinata, alba; variis coloribus punctata; *Bonann. n.* 7.
3. Patella oblonga, circinata, articulata; articulis ſtriatis, intus e viridi cæruleis. Oſcabrion Carolinenſis perelegans, ſquamis bifariam variegatus. *Pet. Gaz. Tab.* 1. *f.* 3. Limax marina *Rumphii pag.* 38. *Tab.* X. *n.* 4. *Sloane p.* 233.
4. Patella oblonga, articulata; articulis extus albidis, intus e viridi fuſcis. *Sloane ib.*

§. 286. Spec. IV. Lævis:

1 Cypria major; *Aldrov. Jonſt. Tab.* XVII. *n.* 2.
2. Cypria minor. *Rumph. Tab.* XL. *lit.* D.

3. Re-

3. Reticulatim picta, parva; vertice lævi. *Liſt. Tab.* 538. *f.* 8.
4. Ingens, nigris latisque maculis picta. *Liſt. Tab.* 531. *f.* 9.
5. Patella rotunda, lævis ad alterum latus maculis quibusdam ſpiralibus donata; ipſo vertice muricato. *Liſt. T.* 546. *f.* 39.

## GENUS II.

## *PATELLA LACERA.*

§. 287. Lacera nobis Patella audit, cujus margo variis angulis diſcerpitur.

§. 288. Species:

1. Irregulariter ſtriata, candida. *Bonann. n.* 5.
2. Mucronata, ſeptem angulis, velut totidem coſtis in marginem irregularem exporrectis. *Rumph. Tab.* XL. *lit.* B.
3. Laciniata, irregularibus canaliculis radioſa. *Rumph. Tab.* XL. *lit.* C.
4. Depreſſa, nigra; ſeptenis ſtriis, ſtellæ inſtar, radiata. *Liſt. Tab.* 532. *f.* 10. Figuram exhibet Tab. Noſtra VIII. n. 4.
5. Alba, paucis & valde eminentibus ſtriis ſeu plicis ſtellata. *Liſt. Tab.* 532. *f.* 11. *Sloane It. Jam. p.* 237. Icon videatur in Tab. Noſtra VIII. n. 5.
6. Irregulariter octangula; ſtriis maculatis & punctatis. *Liſt. Tab.* 538. *f. alt.*
7. Lepas maxima ſtriata. *Fab. Col. Liſt. Tab.* 533. *f.* 12.
8. Patella ingens variegata; quinque ſtrigibus radiata; cætera lævis. *Liſt. Tab.* 534. *f.* 13.
9. Patella major, tenuis; compreſſa, ſtriata, cinerea; maculis crebris e rufo fuſcis variegata, vertice albo; *Sloane p.* 232. *Tab.* 240. *f.* 16. 17.
10. Polylobos ſeu patella ingens; intus alba, extus maculoſa, quinque ſulcis ad magna intervalla donata, cætera lævis. *Liſt. Tab.* 540. *f.* 24.

## *CLASSIS II.*

## ANSATA.

§. 289. Ansatas dicimus Monoconchas, proceſſu quodam inſtructas, quo veluti per anſam prehendi queunt.

# GENUS I.

## CALYPTRA.

§. 290. Calyptræ nomen imponimus Monoconchis rotundis, notabili proceſſu conico obliquo ad figuram pileorum, quos nautæ & mulieres plebejæ in Belgio gerunt, accedentes.

§. 291. *Synon.* Viſchhuiven/ Orlamjes/ Matroozen-Mutzen. Fiſcher-Weiber-Hauben.

§. 292. Species:

1. *Rumphiana* alba, intra oſſicula rotunda tubuli inſtar inſtructa *p.* 123. *Tab.* XL. *lit.* P. Q. De Zotskap *Belg.*
2. Canaria ſeu patella optime lævigata; uberis papillam exhibens, tota lactea, perſpicuo fuco tecta. *Bonann. n.* 12.
3. Patella fluviatilis, fuſca, vertice mucronato inflexoque. *Liſt. de Cochl. p.* 151. & *Hiſt. Tab.* 141. *f.* 39.
4. Patella lævis, fuſca, marina. *Liſt. Tab.* 542. *f.* 26. Icon exſtat in Tab. Noſtra VIII. n. 6. & 7.
5. Patella alba, compreſſa, lævis. *Liſt. Tab.* 545. *f.* 37. Figuram vide in Tab. Noſtra VIII. n. 8.
6. Patella minima aliquot cæruleis lineis picta. *Liſt. T.* 543. *f.* 27.
7. Patella alba, ſtriata, ſinu quodam ad lunulæ figuram donata. *Liſt. Tab.* 546. *f.* 38.

# GENUS II.

## COCHLEARIA.

§. 293. Sunt Monoconchæ ovales in umbonem, velut anſam Cochlearis, terminantes.

§. 294. Species:

1. Pennata, ſeu pennarum Gallinacearum more picta. De Pooteboop/ *Rumph. Tab.* XL. *lit.* O.
2. Maculoſa ex nigro & albo. *Schynvoet ad Rumph. p.* 79. *Tab.* XXII. *n.* 8.
3. Subruſa tenuiter ſtriata, ſive cancellata, vertice inflexo. *Liſt. Tab.* 544. *f.* 30. Figuram exhibet Tab. Noſtra VIII. n. 9.

4. Pa-

4. Patella lævis, denſe maculata, admodum compreſſa. *Liſt.* *Tab.* 545. *f.* 34.

5. Patella lævis ex purpura nigricans, eleganter reticulata, roſtro paululum inflexo. *Liſt.* *Tab.* 545. *f.* 36.

## GENUS III.

## *MITRA HUNGARICA.*

§. 295. Eſt Conulus valde diductus, apice parum intorto.

§. 296. Species:

1. Patella alba, hirſuta, ſtriata, vertice intorto. *Liſt.* *Tab.* 544. *f.* 32. Figuram vide in Tab. Noſtra VIII. n. 10.
2. Patella ſtriata, craſſa, maculis exiguis rufis diſtincta. *Liſt.* *Tab.* 545. *f.* 33.
3. Patella ſtriata, vertice acuto, admodum oblique prociſa. *Liſt.* *Tab.* 544. *f.* 29.

## GENUS IV.

## *COCHLO-LEPAS.*

§. 297. Eſt Monoconcha in conum inclinantem irregulariter quaſi turbinata.

§. 298. Species:

1. Patella rugoſa, alba, admodum craſſa. *Liſt.* *Tab.* 544. *f.* 31. Icon exſtat in Tab. Noſtra VIII. n. 11. & 12.

NB. Inter foſſilia Gedanenſia duas Patellarum ſpecies ſingulares offendi, nunquam antea viſas; miratus, neminem hactenus theſauros noſtros intra lapides arenoſo-lutoſos duriſſimos latitantes, in primis *Cochlitas* & *Conchitas*, aut obſervaſſe aut hactenus publicaſſe, teſte NOMENCLATORE LITHOLOGICO PROMOTO ſive AUCTARIO *Sciagraphiæ Lithologicæ curioſæ* (MS.) *cum figuris.*

# SECTIO II.

## DICONCHÆ ÆQUALES.

§. 299. Diconchæ ſunt Teſtæ ex duobus vaſculis cavis compoſitæ. **Doubletſchulpen** *Belg.*

§. 300. Requirimus duo vaſcula, non teſtæ qualiacunque ſegmenta vel acceſſoria, aut additamenta; ideoque excludimus Cochleas lunares reliquaſque operculo quodam teſtaceo munitas, Conchaſque anatiferas, quæ Polyconchæ communiter audiunt.

§. 301. Æquales dicimus Diconchas, quarum utrumque vaſculum peripheriæ æqualis ſit.

# CAPUT I.

## CONNIVENTES.

§. 302. Diconchas æquales Coinnvere dicimus, quæ ubique ſibi congruunt; ſine teſtæ inter duas valvas interſtitio.

# CLASSIS I.

## DICONCHÆ FIGURATÆ.

§. 303. Figuratas Diconchas nominamus, quarum figura rei alicui animatæ, aut artificiali compoſitæ, aſſimilatur.

## GENUS I.

## AVICULA.

§. 304. Diconcha hæc clauſa Aviculæ alis erectis ſimilis: ex corpore enim oblongo & roſtrato proceſſus pterygoides (*a*) erigitur, & alter inſtar caudæ latæ & rotundæ rectus extenditur; ex vertice byſſus erumpit, quo mediante lignis adhærent; limbus in aquis ſurſum ſpectat.

(*a*) Pterygoides, ausſtehende Schulter-Blätter.

§. 305. *Synon.* Muſculus niger clauſus aviculæ ſimilis. **Het Gevlerkte Vogeltje**/ *Belg.* Datteci *Genuenſ.*

§. 306. Species:

1. Rubra; & Nigra; *Muſ. Klein.*
2. Longicauda. *Rumph. p.* 152. *n.* VI. *Tab.* XLVI. *lit.* G. Icon exſtat in Tab. Noſtra VIII. n. 13.
3. Pecten tenuis, aure altera productiore. *Liſt. Tab.* 220. *f.* 55.
4. Sartaniello. *Bonann. Cl.* 2. *n.* 58.

## GENUS II.

## *TUDES POLONICA.*

§. 307. Eſt Diconcha figurata plana; figuram literæ T ſed flexuoſe exprimens; ſubſtantiæ nigræ, nitentis, inſtar glutinis ſeu collæ ex pedibus hircorum paratæ.

§. 308. *Synon.* Bia Kris, *Malab.* Meshamer / Poolſche Hamer / Indiaanſche Kris / Kruis-doublet / *Belg.* Oſtreum diviſum. Quum primum innoteſceret hæc Concha, 1000 nummis argenteis, quos Ducatons vocant, emta fuiſſe perhibetur.

§. 309. Species:

1. Sciſſilis glottoides. (*a*) *Rumph. Tab.* XLVII. *lit.* H. Figuram vide in Tab. Noſtra VIII. n. 10.
2. Anguſta; Pecten anguſtus & margine & auribus productiſſimis. *Liſt. Tab.* 219. *f.* 54.

(*a*) *Quid* Glottis, *notum eſt.*

## GENUS III.

## *ISOGNOMON.*

§. 310. Eſt Diconcha plana glottoides, cum proceſſu rectangulari Γ Græcorum vel Iſognomonon, einen Winckelhaacken / repræſentans. Penus-Schagt-doublet / Winkelhaak / *Belg.*

§. 311. Spec. I. Nigricans ex fuſco. *Rumph. p.* 158. *n.* XI. *Tab.* XLVII. *lit.* I. Icon exſtat in Tab. Noſtra VIII. n. 15.

# GENUS IV.

## PARALLEPIPEDUM.

§. 312. Eſt Diconcha longa, ex duabus quaſi pyramidibus in Parallepipedum rudíter conſtructa. **De gedraaide Oeſter; Kromme Noachs-Ark; Haſpel;** *Belg.*

§. 313. Spec. I. Cinereum, ſtriatum, rariſſimum. *Rumph. Tab.* XLVII. *lit.* K. Figuram oſtendit Tab. Noſtra VIII. n. 16.

# CLASSIS II.

## OSTREUM.

§. 314. Negligimus ſubtilem inter Ostream & Ostreum differentiam, *Bonanni p.* 108. *n.* 7.; dicimusque Synonymice utroque nomine Diconchas conniventes, figuræ ſimplicis irregularis, in quibus vertex non ſemper una & conſtante ratione conformatur.

# GENUS I.

## OSTREUM LONGUM.

§. 315. Longam dicimus hic quamcunque figuram circulo non definiendam.

§. 316. Species:

1. Oſtreum radicum ſeu lignorum. **Stok-Oeſters.** Tiram Beſoar. Tiram Accar. Eſt palmum longum, margine inæquali, repando, nunc plicato, nunc inciſo; extra nigricat, intus perlæ color nitet. Adhæret radicibus, quibus formam accommodat. Græci moderni dicunt Gaideropoda: fors eſt *Plinii* Tridacna. Continet ſubinde lapillum, *Rumph. p.* 155. *n.* I. *Tab.* XLVI. *lit.* O. Figuram vide in Tab. Noſtra VIII. n. 17.
2. Oſtrea virginiana; *Liſt. Tab.* 200. *f.* 35. Eſt figuræ longæ irregularis, ſine deſcriptione autoris, ex ſchemate difficulter explicanda.
3. Oſtrea craſſa & prælonga cardine longiſſimo. *Petiv. Coll.* 130. *Liſt. Tab.* 201. *f.* 34.

GE-

# GENUS II.

## *MATER PERLARUM.*

§. 317. Eſt Diconcha placentiformis, circa cardines neglectos ab una parte velut aurita; extus ſcabra; fiſſilis in bracteas, intus margaritica.

§. 318. *Synon.* Perlen-Mutter. Paarlemoer-Schulp *Belg.* Mater unionum. Concha margaritifera. (*a*)

(*a*) *Vid. Lucubrat. de format. ſtructura & cremento Teſtarum huic Methodo ſubjunctas.*

§. 319. Species:

1. Fœcunda ſive margaritifera; teſta valida & ponderoſa, ultra ſpithamam lata, extus ſcabra, intus egregie margaritica. *Bonanni num.* 1. Berberis veterum Indorum; *Liſt. Tab.* 221. *f.* 56. & *Tab.* 222. ad juſtam magnitudinem depicta, cum ligamentorum teſtas conſtringentium veſtigio altero.
2. Sterilis. Tafelbordje/ Zilvere Piering; Telinga andya. Aſſo teleanus; Hondsoog; fere orbicularis, extus in bracteas flexiles ſciſſilis, quæ in ſole rigeſcunt: ſub bracteis ſive ſquamis Teſta lævis, inſtar ſerpentum maculata; internus limbus niger eſt, reliqua concavitas argentea. *Rumph. Tab.* XLVII. *lit.* F. *Liſt. Tab.* 223. *f.* 57. Teſta prona; ſupina *Tab.* 224. *f.* 58.
3. Πολυγιγγλυμος (*a*); vertice lato; teſta circinata; pecten margaritifer; *Liſt. Tab.* 227. *f.* 62. Icon exſtat in Tab. Noſtra VIII. n. 18.

(*a*) *Ginglymus*, eine Thür-Angel.

# GENUS III.

## *OSTREUM LÆVE.*

§. 320. Læve hoc loco Ostreum dicimus, in remiſſiore gradu, quatenus teſta plicis, ſtriis, muricibus deſtituitur notabilibus.

§. 321. Species:

1. Placentiforme ſeu Ephippium. Engelſcher oder Pollnſcher Sattel.

**Zadel-Schulp.** Tiram lebbor. Teſta tenuis plana, ad formam Ephippii accedens, ſubſtantiæ ſciſſilis, extra nigro cinerea, intus margaritico-opalina, præcipue in ſinu ſpondylorum (*a*), ubi & ſæpe granula perlarum habitu protuberant. *Rumph. p.* 155. *n.* IV. *Tab.* XLVII. *lit.* B. **De Engelſche of Poolſche Zadel**/ *Belg.*

2. Ephippium intus cuprea rubedine ſplendens, extus cinereum, ſciſſile. *Rumph. l. cit.* Has teſtas Heroës Tamboccenſes ad domos ſuſpendunt, ut earundem crepitu admoneantur prætereuntes: **dat aldaar een ſtout Man woont / die zich niet veel onder den neus laat peuteren; zoo dat deze Schulpen als Bazuinen van de Fama zyn** / ut ſcribit *Rumphius.*
3. Celebaſtanum, tenue, minus planum; *Rumph. l. c.*
4. Electrinum. Bornſtein-Augſter; **Bernſteen-Oeſtertje**; parvum; Concha altera cava, inſtar maculæ; intus lutea, extus perlata, ſemidiaphana, inſtar ſuccini, in ſole ſplendens, unde ad ornamentum capitis adhibetur. Pars altera valde tenuis, ſaxis adhæret in fundo, unde rariſſime in conſpectum prodit. *Rumph. Tab.* XLVII. *lit.* L. an pecten leviter cavus. *Liſt. Tab.* 228? infra *num.* 10.
5. Oſtreum parvum, veluti ſtriatum, teſta intus vireſcente, cardine utrinque canaliculato. *Liſt. de Cochl. p.* 181. Rotunda, ſubviridis leviter ſtriata & umbonata (*b*). *Liſt. Tab.* 202. *f.* 36. teſta prona. *Tab.* 203. *f.* 37. teſta ſupina.
6. Roſtratum, Jamaicenſe, parvum; figuræ ovalis in canaliculum rectum verticalem terminantis. *Liſt. Tab.* 199. *f.* 33.
7. Vertice altero maſtoide, altero ſinuoſe patente. *Liſt. Tab.* 204. *f.* 38.
8. Oſtrea lævis purpurea vel ſubaurea, inſtar margaritæ, intus & extus reſplendens; *Liſt. Tab.* 205. *f.* 39. Oſtrea ſylveſtris *Rondel.*
9. Oſtreum binis apophyſibus longis conjunctis pellucidum; ſeu pecten planus pellucidus. *Liſt. Tab.* 225. 226. *f.* 60. 61.
10. Pecten leviter cavus; lævis, ex ruſo ſtriatus, ternis quaterniſve articulationibus donatus, vertice acuto, ſive roſtrato. *Liſt. Tab.* 228. *f.* 63. vid. ſupra *num.* 4. Figuram vide in Tab. Noſtra VIII. n. 19. & 20.

(*a*) *Spondyli*, Beinlein aus den Gelencken.
(*b*) Umbo *proprie centrum ſcuti eminens.*

G E-

# GENUS IV.

## *OSTREUM IMBRICATUM.*

§. 322. Ita audiunt, quæ Exochis ſeu Eminentiis diviſis tegularum in tectis diſpoſitionem ſeu ordinem imitantur.

§. 323. Spec. I. Oſtreum in cœnis notum *Bonann. p.* 108. *n.* 70. Oſtreum vulgare *Liſt. de Cochl. p.* 176. Oſtrea major ſulcata inæqualiter, utrinque ad marginem denticulata. *Liſt. Tab.* 193. & 194. Icon exſtat in Tab. Noſtra VIII. n. 21. Differunt inter ſe magnitudine, productione & bonitate; præferuntur Anglicanæ cæteris.

# GENUS V.

## *OSTREUM PLICATUM.*

§. 324. Vel sinuose canaliculatum: dicuntur, quæ limbum anguloſe conſerunt, & ſinuoſe in plures quaſi canaliculos inflectunt.

§. 325. Species:

1. Oſtreum Cratium. **Serp Oeſter**; quia hujus plantæ ſurculis adhærent coacervata. **Laurier-Blad** *Belg.* Extus griſei, pulli, nunc argentei coloris; figuræ irregularis. *Rumph. Tab.* XLVII. *lit.* A. Iconem oſtendit Tab. Noſtra VIII. n. 22.
2. Saxatile parvum, multis gibbis & ſinubus ludens; nunc rotundum, nunc planum, vix nuci ſæpe æquale. *Rumph. p.* 155. *n.* III.
3. Plicatum majus; **de dikſchaalige of groote geplooide Oeſter/ de getakte Haanekam**; teſta craſſa, plicis laciniatis, ſeu clavatim muricatis; muſcoſa & ſalſilaginoſa, intus alba, limbo nigro. *Rumph. Tab.* XLVII. *lit.* C.
4. Plicatum ſine clavis, cribroſa; extus petroſum; intus Alabaſtrinum. *Rumph. p.* 156. *n.* V.
5. Oſtreum plicatum minus. **De kleine Haanekam of geplooide Oeſter**; magnis plicis acutangulis, cribroſum, griſeum & argenteum; rariſſimum. *Rumph. Tab.* XLVII. *lit.* D.
6. Mater perlarum ſpuria, coloris pulli; teſta tenuis; circa limbum per plicas muricata. *Rumph. Tab.* XLVII. *lit.* G.

7. Oſtreum pelagium; teſta plicata, craſſa; baſi lata; inſidens ſaxis. *Rumph. p.* 159. *n.* XVI.

8. Oſtrea arborea, dorſo adunco; Jamaic. Oſtrea annexa baculo *Aldrov. Liſt. Tab.* 197. *f.* 32. & *Tab.* 198. *Sloane It. Jamaic. p.* 261.

## GENUS VI.

## *OSTREUM MURICATUM.*

§. 326. Ostreum exochis altioribus aſperum dicimus Muricatum.

§. 327. Species:

1. Echinatum. Bia Tsjoeppo; **Lazarus-Klap**: quia per ginglymum fortiter cohærent teſtæ, ut crepitaculorum more compulſa ſonent. Communiter gaudent baſi complanata; ſeu proceſſu quodam coralloide, quo mediante ſaxis adhærent.
   - a. Convexo-planum, concha altera cava, inſtar vaſculi, ex quo caldam bibimus, cui planior altera congruit; brevibus muricibus uncis. Hoc ſi rubet, inſtar Corallii, magni eſt pretii. *Rumph. Tab.* XLVII. *n.* 1. **De bloedroode Lazarus Klap**/ *Belg.*
   - b. Convexo convexum, fuſcum, muricibus longis irregularibus & inæqualibus. *Muſ. Klein.*
   - c. Laticlavium; muricibus latis; operculo parvo; quaſi cæmentata. *Rumph. Tab.* XLVII. *lit.* E. Figuram exhibet Tab. Noſtra VIII. n. 23.
   - d Cinereum, clavis longis, rubris. **De graauwe Lazarus-Klap met roode vlammen.** *Rumph. Tab.* XLVII. *n.* 2.
   - e. Ramoſum. **De Rots-Doublet.** *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XLVIII. *n.* 3.
   - f. Aurantium; *Muſ. Klein.* **De Orange Lazarus-Klap.**
   - g. Citreum. *Muſ. Klein.*
2. Monſtroſum; Echinatum maximum; palmam longum per diametrum, muricibus inæqualibus, nunc ad digiti latitudinem exſertis & teretibus, nunc ſubſidentibus planis. Sonans inſtar Porcellanæ; coloris albidi. *Rumph. p.* 157. *Schynvoet in not. p.* 160.
3. Gaideropoda, ſeu pes aſini, a ſimilitudine; Tarentinorum Scataponzolo; ſaxea; a ſaxis finditur. Teſta valde irregularis,

laris, ſinuoſa, ſcabra, ſquamata; ſuperior magis concava; ſpiſſis bronchis (*a*) canaliculatis armatur. *Bon. n.* 20. *p.* 100.

4. Gaideropoda roſtrata, ſquamata, muricata; vertice velut cornuto propter proceſſum aduncum, coloris eſt candidi, punctis varie rubris. *Bonann. n.* 22.

5. Gaideropoda valvas unitas & apertas oſtendens; intus ſunt ut lapis parius candidæ, foris pars inferior concolor eſt ſaxis; bronchi ſunt rufi coloris. *Bonann. n.* 21.

6. Oſtrea arborea, Proteiformis, albida; admodum cava. *Sloane It. Jam. p.* 262.

(*a*) *Bronchus*, mit aufgeworffenem Maul.

## *CLASSIS III.*

## MUSCULUS.

§. 328. MUSCULOS dicimus Diconchas conniventes oblongas, ſimplici ligamento lateris cohærentes.

## GENUS I.

## *MUSCULUS ACUTUS.*

§. 329. MUSCULOS in longum ex acuto vertice irregulariter expanſos dicimus ACUTOS; Spits-Muſcheln.

§. 330. SPECIES:

1. Vulgaris, *Mal.* Aſſuſeng; circa Cardines gibbus, tandem glottoides.
   a. Major, *Rumphii Tab.* XLVI. *lit.* B.
   b. Minor, *Rumphii Tab.* XLVI. *lit.* C.
   c. } *Norvagicus; Holſaticus;* magnitudine & colore ex fuſco
   d. } cæruleo variant.

2. Saxatilis, auriformis, parvus, extus granulatus, margine piloſo, ex virore ſplendens; ex ſaxis pendulus: anatibus expetitur. *Rumph. Tab.* XLVI. *lit.* D. De Eende-Moſſel *Belg.*

3. Anglicanus ex cæruleo niger. *Liſt. de Cochl. p.* 182. Teſta tenuis, præcipue in margine; lævis; foris ex cæruleo nigra, intus ex cæruleo alba lumini adverſa; a cardine ad oram venæ cæruleæ radiant. Setam exſerit e ſinu magis reducto, adver-

ſus

ſus quem angulus acutus eminet. Ipſe cardo ima ora acuminatior. Biſſus ſubtilis & quaſi ſericeus. Frequens in mari & fluminibus. Hunc iisdem *Liſteri* verbis deſcribit *Bonann.* *p.* 102. *n.* 30. qui & habuit hujus generis teſtas cinabarinas, ſandychinas (*a*), argenteas, thalaſſicas (*b*) e Littore Drepanitano & Luſitanico.

4. Muſculus purpureus, craſſe ſtriatus, pinnæ ſimilis. *Liſt. Tab.* 356. *f.* 193. Figuram exhibet Tab. Noſtra IX. n. 24.
5. Muſculus tenuis, lævis, ſubpurpureus. *Liſt. Tab.* 356. *f.* 195. & *Tab.* 159. *f.* 198. Bahamenſis fere radiatus. *Petiv. Gaz. Tab.* 71. *n.* XI. Sloanio audit muſculus vulgaris major *Rumph. Tab.* XLVI. *lit.* B. (ſupra) *It. Jam. p.* 263. Icon exſtat in Tab. Noſtra IX. n. 25.
6. Muſculus major, ſubniger, Jamaic. *Liſt. Tab.* 360. *f.* 199.
7. Muſculus *Rondeletii;* ſeu muſculus ſubcæruleus fere virgatus. *Liſt. Tab.* 362. *f.* 200.
8. Muſculus parvus, albidus, tenuis, anguſtior, roſtro recurvo. *Liſt. Tab.* 362. *f.* 200.
9. Muſculus parvus, ſubcæruleus, latus, roſtro tenui adunco. *Liſt. ib. f.* 201.
10. Muſculus major, latiſſimus, ex caſtaneo purpuraſcens. *Liſt. Tab.* 364. *f.* 203.
11. Muſculus curvus, ex nigro virideſcens, anguſtior. *Liſt. Tab.* 363. *f.* 204.

(*a*) *Sandyx:* Mennig (Farbe.)
(*b*) *Thalaſſicus*, Meergrün/ Zeegroen.

## GENUS II.

## *MUSCULUS LATUS.*

§. 331. Sive in latum oblique expanſus, reſpectu cardinis.

§. 332. Species:

1. Muſculus latus; teſta admodum tenui; ex fuſco virideſcens, interdum rufeſcens. *Liſt. de Cochl. p.* 146. & *Hiſt. Tab.* 156. *f.* 11. Chamæ glycimeridi ſimilis, ſed majoris mytuli ſpecies, *Aldrov. p.* 472. An Chama glycimeris margaritifera *Velſchii Eph. Germ. An.* III. *obſerv.* 36.?

2. Muſcu-

2. Muſculus fluviatilis, tenuis, minor, ſubfuſcus, latiuſculus, cardine lævi. *Liſt. Tab.* 153. *f.* 8. Figuram vide in Tab. Noſtra IX. n. 26.
3. Muſculus anguſtior, ſubfuſcus, paulo craſſior. *Liſt. Tab.* 154. *f.* 9.
4. Muſculus latior ex flavo ſubviridis, duplici ſtriatura ad uncum. *Liſt. Tab.* 155. *f.* 10. ſimilis *Tab.* 157.
5. Muſculus lacuſtris & fluviatilis Suecicus, fluminis Elſter, & Gedanenſis, margaritiferi; ex flavo ſubviridis; an idem cum præcedenti?

## GENUS III.

## *MUSCULUS MAMMARIUS.*

§. 333. Oblique latus; cardinibus maſtoidibus, mammillarum inſtar, prominentibus.

§. 334. Spec. I. Muſculus mammarius, *Liſt. Tab.* 361. Figuram oſtendit Tab. Noſtra IX. n. 27.

## *CLASSIS IV.*

## CYCLAS.

§. 335. Cyclades dicimus Diconchas conniventes, planas, rotundas, ex vertice umbonato æqualiter expanſas.

§. 336. Species:

1. Circinata, craſſa, alba; Pectunculus albus, orbicularis, craſſe faſciatus utrinque ad roſtrum integer. *Liſt. Tab.* 296. *f.* 133.
2. Circinata & virgata; ſive Pectunculus planus, craſſus, ex rufo radiatus. *Liſt. Tab.* 299. *f.* 136.
3. Declinans; plana; Jamaicenſis, ex interna parte luteſcens, vertice leviter declinante. *Liſt. Tab.* 298. *f.* 135.
4. Norvagica; tenuis, alba; ſubtiliter circinata, vertice acuto, leviter declinante. *Liſt. Tab.* 297. *f.* 134.
5. Undata; Pectunculus parvus, albus, profundior, tenuiter undatus. *Liſt. Tab.* 301. *f.* 142. *Sloane p.* 261. Icon exſtat in Tab. Noſtra IX. n. 28.

# CLASSIS V.

## DICONCHA AURITA.

§. 337. Aures Concharum dicuntur planæ illæ appendices verticum, quæ ſua commiſſura, intercedente ligamento, cardinem conſtituunt; hinc quæ ejusmodi appendicibus gaudent Conchæ Auritæ appellantur.

## GENUS I.

## PECTEN.

§. 338. Eſt Diconcha rotunda; ſtriata; vertice aurito.

§. 339. *Synon.* **Bonte Mantels; St. Jacobs Schulpen.** Qui unicam habent appendicem ſive aurem, Pectunculi vocari ſolent.

§. 340. Spec. I. Convexo-planus.

1. Anglicanus. Pecten maximus; circiter 14. plicis admodum craſſis & eminentibus; iisdemque ſtriatis. Scallop, *Liſteri de Cochl. p.* 184. Teſta intus alba, extus ex albido rufeſcens; altera modice cava; altera plana, utraque æqualiter aurita in parte ſtrictiore, ex qua paulatim amplificantur & rotundantur. *Liſt. Tab.* 163. *f.* 1.
2. Cappa Sancta; ſive S. Giacomo; magnitudine palmaris, ſtriis denſis ſuper auriculis & plicis perpendicularibus, ſtrigibus rugoſis; intus alba, foris ex albo rufa; maculis cruentatis, vel heluaceis; varia in parte plana, in gibboſa alba, raro nigra. *Bonann. n.* 3. 4.
3. Imbricatus, ſuper plicis ſubtiliter ſtriatus & rugoſus; coloris albi; circa cardines ceraſini. *Bonann. n.* 8.

§. 341. Spec. II. Convexo-convexus ſeu utrinque convexus.

1. Pecten vulgaris. **De gemeene St. Jacobs Schulp.** Bia ſiſſia. **Kam-Schulp.** Bia Terbang. **Vliegende Schulp**; quia in aqua mediante rubra manu, prout vocatur, ſubſilit, quod aliter interpretatur *Jonſton* notatus *Rumphio p.* 143. Græcis modernis Ctenia, ἀπὸ τοῦ κτενός. Conchæ ambæ æqualiter complanatæ ſunt quodammodo, pollicesque 4. habent in diametro; aures vero ſunt æquales, ſtriæ canaliculatæ craſſiores, exterius rugoſæ, ſubalbidæ, nigris maculis. *Rumph. Tab.* XLIV. *lit.* A.

2. Pal-

2. Pallium variegatum; de bonte Mantel; Pectèn utrinque convexior, minor, inæqualiter auritus, ſtriis canaliculatis, claviculis aſperis.
   a. Ad limbum cinereus; ad cardines albidus; micis nigris, intus albus, in limbo purpureus.
   b. Flammeus ſuper albo, claviculis intenſe rubris.
   c. Albus, nigromaculatus. *Rumph. Tab.* XLIV. *lit.* B.
3. Pecten tenuis; de Weſtindiſche of Baſtaard bonte Mantel/ aurium altera majori diducta; ſtriis ſubtilibus ſquamatis. Eorum ſunt Caſtanei; Cinerei minores maculis nigris; Albi; Rubri; Citrei, plicis elatioribus, *rariſſimi;* Aurantii; Cinnabarini; Purpurei; vid. *Rumph. p.* 141. *n.* III. & *Tab.* XLIV. *lit.* C.; item *Liſt. Tab.* 168. *f.* 5. Pecten Jamaicenſis ſtriis lævibus *Petiv. mem.* 1708. *p.* 221. *n°.* 1. *Sloane p.* 256. *Tab.* 241. *f.* 12. 13.
4. Pallium minus. Bia Sabander. De kleine of gewolkte bonte Mantel. Sabander Scallop; ſtriis paucioribus ad modum plicarum vaſtis ac turgidis, nigraque, inſtar piſcis Sabander, unda pictis. *Rumph. Tab.* XLIV. *lit.* O.
5. Pecten Corallinus, ingens; concha altera in plicis latis undoſe rugoſa, altera in plicis ſimilibus verrucoſa. De Koraal-doublet/ *Belg.*
   a. Purpureus, ex albo cinereus. *Rumph. T.* XLVIII. *n.* 7. 8.
   b. Citreus flammis albis. *Id. p.* 160.
6. Pecten tenuis ſubrufus, maculoſus, circiter 20. ſtriis majoribus, ac lævibus donatus. *Liſt. p.* 185. *de Cochl.* Vix binis digitis per diametrum æqualis; ſtriarum interſtitia ipſa ſtriata & rugoſa, prout & auriculæ fere æquales. Color rubeus, nubeculis albis per modum marmoris variegatus.
7. Pecten minimus, anguſtior, inæqualis fere & aſper, ſinu ad cardinem cylindraceo, creberrimis minutiſſimisque ſtriis donatus, *Liſt. de Cochl. p.* 186. Teſta irregularis & ſinuoſa, non ſemper æqualiter craſſa & ſcabra; coloris fuſci, nunc albi nunc ſubcrocei.
8. Aquitanicus, auriculas habens æquales; ſtriis minutis, ſæpe monotes (*a*); multicolor. *Bonann. n.* 5.
9. Depreſſus, auriculis a cæteris differentibus, i. e. per modum val-

(*a*) *i. e. unam auriculam habens.*

valvulæ longius a cardine propendentibus; colore luteus, nunc albus, nunc thalaſſinus, nigricans & ſanguineus. *Bon. n.* 6.

10. Citreum maturum, a colore; denſe ſtriatum ſuper plicis, auricula majore clathrata; altera minima, lævi; figuræ longioris. *Bonann. n.* 7.

11. Fimbriatus, quinque tantum plicis elatus; auriculis inæqualibus; colore albus ſuper terreo, circa oram frequentibus rimulis ſignatus. *Bonann. n.* 9.

12. Faſciatus; æqualiter auritus; verſus umbonem plicatus.

13. Inter plicas læves ſtriatus, faſciatus; æqualiter auritus. *Bonann. n.* 11. Per medium duæ faſciæ. Icon exſtat in Tab. Noſtra IX. n. 29.

14. Maculatus, margine rotundo, auribus inæqualibus, magnis, ſtriatis, dorſo inter ſex plicas valde planas pariter denſe & ſubtiliter ſtriato; maculæ ſuper flavo candidæ & cruentatæ. *Bonann. n.* 12. Wy-taſch *Belg.*

15. Πολύζονος, minutiſſime ſuper plicis ſtriatus, coloris onychini, ductis faſciis concentricis, punctatis, varii coloris. *Bonann. n.* 13.

16. Circulariter per plicas maculatus; ſtrigibus rugoſis; teſta lucida, notulis plicarum flavis & roſeis; auribus æqualibus. *Bonann. n.* 14.

17. Longus, denſiſſime ſtriatus, fere monotes, i. e. unica auricula, nunc uni-nunc multi-color. *Bon. n.* 15. Konings Mantel *Belg.*

18. Roſeus, quinque ſtriis albis, irregularibus. *Bonann. n.* 16.

19. Magnus, ſubrufus, variegatus, 16. plicis planis, ſtriatis, canaliculis lævioribus. *Liſt. Tab.* 165. & 166. *f.* 2. 3. Pecten mediterraneus major, coſtis alte ſtriatis; *Petiv.* Caſſa veneta, *Italis; Bonann. p.* 98. *n.* 3. 4.

20. Pecten omnium longe maximus; minus cavus; octo vel decem ſtriis donatus, canaliculis profundis. *Liſt. Tab.* 167. *f.* 4. Minori alicui orbi ſimilis & æqualis, ſtrias habens aſperas in plicis & ſulcis latis; circa limbum eſt undoſe rugoſus.

21. Pecten ſtriis demiſſis creberrimis inter omnes reliquos, a circumferentia vix in mediam teſtam excurrentibus, quaſi gibboſam. *Liſt. Tab.* 168. *a.* auriculis replicatis; æqualibus.

22. Rotundus, auribus teretibus, ſeu pecten minor variegatus per ſtrias altas & aſperas; Ind. Orient. *Liſt. Tab.* 169. *f.* 6.

23. Bipecten; ſive pecten minor, ternis quaternisve plicis minus ex-

extantibus hiulcus; circa marginem quaſi duplicatus. *Liſt. Tab.* 171. *f.* 8. An Spondulus variegatus, ſtriatus margine digitata. *Morton. N. H. N. p.* 200. *n.* 44.? *Sloane It. Jam. p.* 257.

24. Minor ex croceo variegatus, aſper & fere ſinuoſus ac inæqualis, leviter & admodum crebro ſtriatus. *Liſt. Tab.* 172. *f.* 9.

25. Duplicatus auribus inæqualibus, plicis latis ſtriatus; *Liſt. Tab.* 174. *f.* 11.

26. Oblongus, inæqualiter auritus, plicis latis ſtriatis. *Liſt. Tab.* 175. *f.* 12.

27. Albus, muricatus, inæqualiter auritus. *Liſt. Tab.* 178. *f.* 15.

28. Subrufus, inæqualiter auritus, ſtriis 24. rugoſis. *Liſt. Tab.* 180. *f.* 17. nonnunquam circa marginem imbricatus; *Idem de Cochleis p.* 185. *Morton p.* 200. *n.* 2. *Tab.* 4. *f.* 1. *Sloane p.* 256. *Liſt. T.* 181. *f.* 18.

29. Rotundior, auribus inæqualibus, illis & plicis ſimpliciter ſtriatis. *Liſt. Tab.* 182. *f.* 19.

30. Pecten minor, æqualiter auritus, per plicas ſtriatas dentatus. *Liſt. Tab.* 183. *f.* 20.

31. Variegatus, inæqualiter auritus, ſtriis circiter octodecim. *Liſt. Tab.* 179. *f.* 16. vid. *Sloane p.* 256.

32. Alius per plicas dentatus, raris & latioribus ſtrigibus variegatus, inæqualiter auritus. *Liſt. Tab.* 184. *f.* 21.

33. In vertice & medio circinatus, ad latus ſaltem dentatus; ſtriis reliquis lævibus. *Liſt. Tab.* 185. *f.* 22.

34. Ex croceo variegatus, parvus, tenuiter admodum ſtriatus, alternis fere ſtriis paulo minoribus. *Liſt. Tab.* 189. *f.* 23. vid. *Sloane l. c.* Eſt pectunculus, altera aure carens.

35. Pecten major, ruber, plicis decem ſtriatis, bullatis & inæqualibus. *Liſt. Tab.* 186. *f.* 24.

36. Pecten plicis dentatis, ſulcis rugoſis, auribus inæqualibus, pari modo ſtriatis & exaſperatis. *Liſt. Tab.* 187. *f.* 25.

37. Compreſſus, decem plicis villoſe ſtriatis; auribus inæqualibus; altera imbricata, altera ſtriata. *Liſt. T.* 188. *f.* 26.

38. Pectines mediocres, lati & rotundi; auribus inæqualibus dentatis, variegati; circiter 20. plicis tenuibus. *Liſt. Tab.* 190. 191. & 192.

39. Pecten in medio ſtriis circiter quinque majoribus, inæqualiter auritus. Undulatus *Liſt. Tab.* 175. *fig. minima.*

40. Pectén ſtriatus, maculatus & raro undulatus, altera aure perexigua; *Liſt. Tab.* 175. *fig. major.*
41. Pecten, auribus ſtriatis; ſtriis æqualiter decurrentibus. *Liſt. Tab.* 170. *f.* 7.

## GENUS II.
## *AMUSIUM.*

§. 342. Eſt DICONCHA utrinque fere plana, exacte rotunda, margine acuto; læviſſima; valva inferiore tota lactea, ſuperiore hepatica; ex cardine utrinque æqualiter aurito inſtar horologii horizontalis, ſubtilibus coſtis interne radians. Intus enim habet utraque concha coſtas rectas canaliculatas, adverſo lumine agnoſcendas. Teſta olim inter pretioſiſſimas numerata.

§. 343. *Synon.* Terbang, ſeu **vliegende Schulp**/ quia celerrimo quaſi volatu ſe in aquis ſubducit piſcatoribus. *Rumph. p.* 144. **De Compas-Schulp of Maan-Doublet** *Belg.*

§. 344. SPEC. I. Indica, ſeu genuina; jam deſcripta; *Rumph. Tab.* XLV. *lit.* A. B. *Bonann. n.* 354. Iconem oſtendit Tab. Noſtra IX. n. 30.

## GENUS III.
## *PSEUD-AMUSIUM.*

§. 345. Hoc nomine dicimus DICONCHAS auritas planas, Pectinibus læviores nec carminatas nec ſulcatas, ſed ad ſummum ſubtiliſſimis lineis radiantes. In lithologicis (& circa Gedanum) occurrunt ſingularia talia ſpecimina, ab Amuſio genuino non differentia, niſi quod coſtis canaliculatis careant.

§. 346. SPEC. I. Pecten lævis, variegatus, admodum planus, margine quodammodo irregulari. *Liſt. Tab.* 173. *f.* 10. Figuram vide in Tab. Noſtra IX. n. 31.

## GENUS IV.
## *CTENOIDES.*

§. 347. Hoc nomen damus DICONCHIS, quæ a Pectinibus corpore irregulari differunt, auribus & ſtriis conveniunt cum illis.

§. 348.

§. 348. Species:

1. Pecten albus, anguſtus; ſtriis crebris, tenuibus & imbricatis exaſperatis. *Liſt. Tab.* 176. *f.* 13. Icon exſtat in Tab. Noſtra IX. n. 32. & 33. Pecten albus minor ſquamoſus, *Petiv.* 1708. *p.* 221. *n.* 4. *Sloane p.* 256.
2. Rhomboides albus, ſtriatus; ad Chamam pectinatam monotem accedens. *Liſt. Tab.* 177. *f.* 14.

## GENUS V.

## *RADULA.*

§. 349. Eſt quaſi Pecten dimidius, in latere auritus in longiore recto inſtar Chameleæ ſinuatus; ſtriæ ſunt ſquamulis exſertis aſperæ; teſta glaciei inſtar pellucida; unde Belgis dicitur **Ys-Doublet**, atque etiam **Rasp-Doublet.** Figuram vide in Tab. Noſtra IX. n. 34.

§. 350. Species:

1. *Rumphiana Tab.* XLIV. *lit.* D. jam deſcripta.
2. Canaliculata, *Bonann. n.* 4. candida, in ſtriis ſquamata circa marginem; vertice quaſi triangulari.

## GENUS VI.

## *VOLA.*

§. 351. Valva altera valde concava, inſtar Volæ, altera plana, plicis ad cardinem complanatis; vertice producto & leviter utrinque aurito.

§. 352. Spec. I. Indica; foris caſtanea, intus candida. *Bonann. n.* 87. Figuram oſtendit Tab. Noſtra IX. n. 35.

## GENUS VII.

## *TRIQUETRA.*

§. 353. Eſt Tellina ad cardines utrinque labia, auricularum inſtar, producens, ut Conchæ fere triangulares videantur.

§. 354. Spec. I. Pectunculus ſubviridis, Triquetrus *Liſteri* ex muſeo Oxonienſi, *Tab.* 160. *f.* 16. Icon exſtat in Tab. Noſtra IX. n. 36.

GE-

# GENUS VIII.

## SPONDYLUS.

§. 355. Ex *Liſteri* autoritate dicimus Spondylos Diconchas craſſas, auribus & figura, ſed irregulari, Pectinibus ſimiles; quidni Oſtreis ſimiles?

§. 356. Spec. I. Lævis
*Aldrovandi*, gravis & lævis, cardinibus per Gomphoſin junctis; *Liſt. Tab.* 207. *f.* 41.

Spec. II. Striatus
1. Cinereus; irregulariter ſtriatus, bullatis diſotis pyxidibus dentatus. *Liſt. Tab.* 208. *f.* 42.
2. Spondylus craſſus, minimus, albus, ſtriis vel faſciis extantibus imbricatus. *Sloane p.* 255. *Tab.* 241. *f.* 10. 11.

Spec. III. Muricatus
1. Ruber *Liſteri*, muricatus. *Tab.* 206. *f.* 40. *Sloane p.* 255. Figuram exhibet Tab. Noſtra IX. n. 37.
2. Minor, ſubruber, tenuis, imbricatus, apice diſtorto, cavitate interiore auriculam referens. *Sloane ib. T.* 241. *f.* 4. 5. 6. 7.
3. Spondylus major, craſſiſſimus, ſcaber, anguſtus; e cinereo ſubruber, apice diſtorto, cavitate interna auriculam referens. *Sloane ib. f.* 8. 9.

Spec. IV. Roſtratus.
1. Pectunculus ſubviridis, craſſiſſimus, roſtratus. *Liſt. Tab.* 158. *f.* 13.

# GENUS IX.

## MYTULO-PECTUNCULUS.

§. 357. Musculus auritus, hoc nomine primo a Fabio Columna eſt nominatus, cujus autoritatem ſequimur.

§. 258. Spec. I. Berberoides rarior *Fab. Col.* Jamaic. *Liſt. Tab.* 224. *f.* 59. vid. Dn. *Hans Sloane* II. *p.* 262. qui erronee *Liſteri* teſtas *Tab.* 223. 224. *f.* 57. & 58. pro Mytulo-pectunculis agnovit, itemque falſo Aviculam *Rumphii* & Concham tenuis teſtæ *Bonanni* ſimul allegavit. Iconem vide in Tab. Noſtra IX. n. 38.

CLAS-

# *CLASSIS VI.*

## DICONCHA CORDIFORMIS.

§. 359. Sunt, quæ duplicis valvæ curvatura præcipua, verticibus nutantibus, cordis figuram exprimunt, per concharum lateralem conjunctionem inſpectæ.

## GENUS I.

## *HEMICARDIA.*

§. 360. Dicitur Diconcha plana, minimum inæqualiter convexa, cordiformis, ſutura perpendiculari diviſa.

§. 361. Species:

1. Cardiſſa ſimplex. **Venus Hertje**; Bia hari. Diconcha tenuis ſtriata, ſtriis in cordis figuram concurrentibus. *Rumph. p.* 132. *n.* VI.
   - a. Convexo convexa, ſed inæqualiter, margine dentato, coloris albidi. *Bonann. n.* 374.
   - b. Fimbriato margine; candidiſſima; *Muſ. noſt.*
   - c. Convexo convexa, micis rubris teſtam commendantibus; raro citrea, margine dentato. *Liſt. Tab.* 318. *f.* 155.
   - d. Margine ſimplici, rugoſa, coſtis lævibus; Concha relata a *Liſtero* cordis figuram aliquantulum depreſſi referens, coloris gypſei. *Bonann. n.* 49. *Rumph. Tab.* XLII. *lit.* E.
   - e. Margine lævi ex Ind. Orient. *Liſt. Tab.* 319. *f.* 156. Figuram vide in Tab. Noſtra X. n. 39. Eadem ex ſitu inverſo aliam faciem præbens. *Liſt. Tab.* 370. *f.* 157.
2. Cardiſſa duplex. **Het dubbelde Venus-Hertje**; in parte planiore ſubtilius & rarius, in convexiore craſſius & aſperius ſtriata. Olim ſi habebat maculas rubras, 60. Aureis vendita; jam communior, attamen cara. *Rumph. Tab.* XLIV. *lit.* H.
3. Fragum album; **de witte of geele Aardbei-doublet**; pollicem latum, ſtriis aſperis ex ſquamulis. Color flavidus. *Rumph. Tab.* XLIV. *lit.* G. Eſt Cardiſſæ duplici figura, ſed non ſignatura, ſimilis.

# G E N U S II.

## *I S O C A R D I A.*

§. 362. Isocardiæ nobis dicendæ veniunt Diconchæ gibboſæ, ſeu utrinque convexæ, quæ cardinibus nutantibus utrinque cordis figuram ad ſenſum æqualem efformant.

§. 363. Spec. I. Striata:

1. Pectunculus vulgaris. *Mal.* Bia Cucuran, i. e. Lima; *Luſitanis:* Brigigoins; *Chinenſ:* Ham. Teſta globoſa, ſtriis per dorſum lævibus ad limbum dentatis & ſquamatis, cardine inſtar pectinum ſimplici ligamento cohærente; coloris eſt albi, leviter ex nigro micantis, intus citrei. *Rumph. p.* 142. *n.* V. *Tab.* XLIV. *lit.* E.

2. Concha venerea duplex; **de geribde Venus-Doublet**; raro integra & utraque valva congruens. Teſta eburnea transparens ſuper ſuperficie rugoſa plicas concavo convexas in murices acutos protendit. Conjunctio fit per ginglymum totius lateris. *Rumph. Tab.* XLVIII. *n.* 6. *Tab. Col. de Purp. C.* XVII. Concha exotica, margine in mucronem emiſſa, *Liſt. Tab.* 327. *f.* 164.

3. Fragum a colore & aſperitate. **Roode en witte Aardbey-Doublet.** *Mal.* Cacura mera; ſtriis denſis, claviculis aſperis per ginglymum articulatum.
   - a. Denſe ſtriatum, rubro maculatum & claviculis aſperum. *Schynvoetii ad Rumph. Tab.* XLVIII. *n.* 9.
   - b. Maſſilianum, per limbum ſaltem aliquot ſeriebus longius aculeatum. *Bonann. n.* 96.
   - c. Perſicum, ſtriis craſſis, ſquamatis, totum aſperum, intus roſaceum. *Bonann. n.* 95. Pectunculus craſſus ſtriis imbricatis. *Liſt. Tab.* 323. *f.* 160. **De Carthageenſche Nagel-Doublet.**
   - d. Sriis latioribus imbricatum. *Schynvoetii ad Rumph. Tab.* XLVIII. *n.* 11.
   - e. Adriaticum, ſubrotundum, ſtriis diſtantioribus, aculeis, plumularum inſtar, criſpatis, colore oſſeo, vel puniceo. *Bonann. n.* 97.
   - f. Plicis magnis, aculeis rubris, ſed raris, per totam exteriorem ſuperficiem. *Bonann. n.* 375.

g. Mi-

g. Minus concavum: Pectunculus maximus. *Liſt. de Cochl. p.* 187. pluribus munitioribus & parum eminentibus ſtriis donatum, roſtro acuto, minusque incurvato. Teſta valida, ponderoſa. Articulatio fit per Gomphoſin. Color albidus.

h. Pectunculus echinatus. *Liſt. p.* 188. *de Cochl.* Concha echinata *Rondel. Gesn. Aldrov.* Utraque teſta æqualis & valde concava, modice craſſa. Foris circiter 20. ſtriæ, planæ, aculeatæ, eminent. Striges rugoſæ ſunt; margines invicem ſinubus congruunt. Color albidus, intus candidus. *Bonann. n.* 90. *Liſt. Tab.* 324. *f.* 161. Icon exſtat in Tab. Noſtra X. n. 40.

i. Albidus rotundus; pectunculus vulgaris; circiter 26. ſtriis majuſculis, planioribus, ad verticem lævibus, verſus marginem rugoſis, fere imbricatis. Edulis eſt, & ex arenoſis legitur littoribus.

k. Corallina concha ſeu Pictorum *Bonann. n.* 18. quia pars anterior trita purpuram ſubminiſtrat. Intus lævis & nitida; extus tuberculis inæqualiter ſuper ſtriis elatioribus aſpera.

l. Stella; intus per limbum denticulata, foris circinata; in limbo ſtriata; circa cardines conſerti vertices colore albo ſtellam magnam oſtendunt. *Bonann. n.* 62.

m. Concha Gaditana, minutis dentibus in circuitu interiore aſpera. Colorum varietate & eleganti mixtura valde ſpectabilis; phrygiæ enim quaſi zonæ rugoſæ per ſtrias undoſe ducuntur. *Bonann. n.* 63.

4. Nux; piloſa Tarentinorum. Teſta admodum craſſa & firma, dentibus trigonis exaſperata; ad cardinem duplices dentium ſeries ordinatæ; figuræ cæterum globoſæ, tegitur cute holoſerico villoſo ſimili. Meer-Nuſs. Zee-Noot *Belg.*

a. Ex rufo nigricans, ad cardinem rubens, in concavo ex albo nigreſcens, præcipue ad oram, ubi colorem linearem oſtendit. *Bonann. n.* 80.

b. Nux maris Tarentini, ſtriis ſpiſſis & rotundatis, colore albo, fulvis & rufis maculis notato. *Bonanni n.* 98.

c. Nuces maris Africani; intus candidæ, foris flavidæ; ſtrias habent zonis diverſimode flaveſcentibus & caſtaneis faſciatas. *Bonann. n.* 100.

d. Pectunculus polyleptoginglymus, rotundus, maculatus, ſtriis rarioribus. *Liſt. Tab.* 239. *f.* 73.

e. Subrufus, paululum ſinuoſus, denſe & leviter ſtriatus. *Liſt. Tab.* 245. *f.* 76. *Sloane It. Jam. p.* 259.
f. Vertice acutiore, rugoſe ſtriatus. *Liſt. Tab.* 243. *f.* 74.
g. Pectunculus ruber bifariam ſtriatus. *Liſt. Tab.* 314. *f.* 150. videntur faſciæ concentricæ detritæ, ſub quibus ſtriæ longitudinales latuerunt.
h. Pectunculus tenuis, ſtriis acutis rarioribus, muricatis; *Liſt. Tab.* 325. *f.* 162.
i. Subluteus, priori major, circa limbum alterius ſolum lateris imbricatus. *Liſt. Tab.* 326. *f.* 163.
k. Pectunculus orbicularis, quaſi duplicatus, ex altero latere prælongis latisque dentibus conſpicuus. *Liſt. Tab.* 330. *f.* 167.

§. 364. Spec. II. Lævis:
1. Bucardia
a. Conſuta. **De dubbelde Zots-kap Schulp.** Teſta cordiformis, per ſuturam notabilem juncta, mucronata, verticibus aduncis & velut intortis apicem ex media ſutura intercipientibus. *Rumph. Tab.* XLVIII. *n.* 10.
b. Dalmatica, quia in profundiſſimis Adriatici maris partibus ſtabulatur. Teſta tenuis, friabilis, intus eburnea, in convexo cute tecta, cujus color ſubrufus; ad cardines & ad marginem diluitur in rubiginoſum. Concha globoſa magna; verticibus aduncis. *Bonann. n.* 88. *Liſt. Tab.* 275. *f.* 111. **Oſſen-hert** *Belg.*
c. Muſculus exiguus, piſi magnitudine, rotundus, ſubflavus, ipſis valvarum oris albidis. *Liſt. de Cochl. p.* 150. Teſta lævis, tenuis, pellucida, quaſi cornea, figuræ ſubrotundæ; junctura gomphoſis.
d. Concha, quaſi perfecte rotundata, in omnibus partibus lævis & nitida, niſi in extrema margine minutiſſimis dentibus aſpera, coloris pulli; ubi teſtæ junguntur, color fulvus, nigro paulatim dilutus. Aſſem mole æquat. *Bonann. n.* 33. **Navel-hoorntje** *Belg.*
e. Conchula rotunda, in convexo eburnea, in concavo margaritica, circa marginem denticulis criſpa, frequens in littore Adriatico. *Bonann. n.* 34.
f. Concha marmorata, fulvis ſerpentibus, craſſa, candida, intus denticulata. *Bonanni n.* 60.

2. Ca-

2. Camadia
   a. De Luna Tarentinorum, quia in plenilunio impinguatur: teſta craſſa, alba, furvis zonis cincta; in margine interiore dentata. *Bonann. n.* 99.
   b. Corculum pellucidum; extra aureo diluto maculatum, intermixtis maculis fulvis ad ſanguinem inclinantibus. *Bonanni n.* 397.
   c. Punctata rufis maculis, exigua. *Liſt. Tab.* 239. *f.* 81. Figuram oſtendit Tab. Noſtra X. n. 41.

§. 365. Spec. III. Rugoſa:
1. Concha globoſa, profundis & denſis ſulcis circa verticem, paulo declinantem, parallelis. Coloris lutei; ex mari medit. *Bonann. n.* 76. **Navel-Schelp** *Belg.*
2. Circinata; ſive pectunculus ſubviridis, parvus, ſubgloboſus *Liſt. Tab.* 159. *f.* 14.
3. Perpuſilla roſtrata, virginiana; *Liſt. Tab.* 159. *f.* 15.
4. Craſſiuſcula, albida, circinata, in rectum expanſa, *Liſt. Tab.* 253. *f.* 87. Icon exſtat in Tab. Noſtra X. n. 42.
5. Lata, plana, tenuis, albida, acuti verticis. *Liſt. Tab.* 253. *f.* 88.
6. Admodum profunde circinata; extra albida, intus ſubaurea. *Liſt. Tab.* 260. *f.* 96. Jamaic.

## GENUS III.

## *ANOMALOCARDIA.*

§. 366. Anomalocardias vocamus Diconchas conniventes, quæ per commiſſuras inſpectæ cor irregulare huc illuc productum exhibent.

§. 367. Spec. I. Effuſæ
1. Pecten virgineus, a menſtruo, quod, Virginum inſtar, ſtillat. Bia Anadara. **Baſtaart Ark** *Belg.* Teſta craſſa, dentata, latere altero effuſo; ſine ginglymo; mediante membrana juncta; ſtriis planis & latis, ſulcis anguſtis, coloris pallide albi; ſalſilagine obducta. *Rumph. Tab.* XLIV. *lit.* I. an, *Liſt. Tab.* 236. *f.* 70.? vid. infra *num.* 5. *lit.* C.
2. Pecten granoſus; teſta tenuis, plicis elatis, circulariter ſulcatis. *Rumph. Tab.* XLIV. *lit.* K.

3. **Billetjes**/ diconcha connivens, convexa, umbone adunco.
   a. In alterum latus acute effuſa, per longum & transverſum ſtriata; coloris fuſco cinerei; *Muſ. Klein.*
   b. Planior, in altero margine 4. vel 6. ſquamis aſpera. *Rumph. Tab.* XLIV. *lit.* M.
4. Pecten bullatus. Bia ſileos. Teſta tenuis; ex fuſco flava; paucis micis parum ſtriata, membrana cincta; intus rubra, valde concava. *Rumph. Tab.* XLIX. *lit.* N.
5. Concha πολυλεπτογίγγλυμος.
   a. *Fabii Col. de Purp. C.* XI. inter Cardines longo latere conſertis denticulis velut conſuta; cervice dependente; denſe ſtriata; quaſi imbricata; in limbo interno dentes congrui. *Bonann. n.* 73.
   b. Alia, ſtriis externis, raris, acute eminentibus & aſperis, interne capillaceis. *Liſt. Tab.* 234. *f.* 68. Figuram vide in Tab. Noſtra X. n. 43. & 44.
   c. Alia fere ſemicircularis, alba, craſſa, profunde ſulcata, edulis, margine irregulariter undoſo. *Liſt. Tbb.* 236. *f.* 70. Pectunculus major polyginglymus, hirſutus; *Sloane p.* 257. *Tab.* 241. *f.* 14. 15. An pecten virgineus *Rumphii?* ſupra *n*°. I.
   d. Alia, exigua, alba, admodum tenuiter ſtriata. *Liſt. Tab.* 235. *f.* 69. Pectunculus minor polyginglymus, albus, lævis, vertice ad latus diſtorto, intus argenteus, ſplendens; *Sloane p.* 258. An, Pectunculus exiguus, albus, tenuiter ſtriatus, gibboſior. Ejusdem *p.* 259.?
   e. Orientalis; roſtro, ſive vertice tenuiore, ſtriis admodum dentatis. *Liſt. Tab.* 244. *f.* 75.
   f. Muricatus ſuper plicis latis & ſtriatis. *Liſt. Tab.* 241. *f.* 78. Iconem oſtendit Tab. Noſtra X. n. 45. & 46.
   g. Pectunculus ſtriis planis & dentatis. *Liſt. Tab.* 242. *f.* 79.
6. Concha ſtriis ſerratis denſis, ſtrigibus lævibus; vertice obtuſo, inæqualiter, per gibbum diffuſo; margine fere circulari. *Bonann. n.* 72.
7. Pyrum, dicitur a figura; in margine enim rotunda, ad verticem incurve producta eſt. Striæ ſunt denſæ, ſubtiles, aliquoties per dorſum ſectæ lineis fulvis, undoſis. Color albus, circa centrum citreus & ſubviridis. Indicum. *Bonann. n.* 89.

8. Ar-

8. Archipelagus, ſeu concha indica prodigioſa viſu. Nam ſinuoſis rugis criſpas maris undas exprimit. *Bonann. n.* 91.
9. Pyrum pictum. Concha pyriformis, ſed in altero ſinu labia nonnihil expandens; ſulcis denſis, ſtriis diverſo colore velut acu pictis. *Bonann. n.* 92.
10. Concha intricata; maris Atlantici; ſulcis duplicatis & quaſi tricis capillorum contextis; coloris ſubflavi, in ſtriis rufeſcentis. Zonis inſuper pulcherrimis fulvis, heluacibus & rubeſcentibus, in limbo evanidis; figura oblique rotunda. *Bonann. n.* 93.
11. Labiata, quia in altero latere, rotundo oppoſito, ex vertice obtuſo labium, inſtar valvulæ producit; concha ſtriata, umbone roſtrato, colore venoſo, terreis maculis diſtincto. *Bonann. n.* 94.
12. Concha adunca a vertice, altero latere parum producta, plicis planis & transverſim crenatis. *Bonann. n.* 395.
13. Pectunculus polyleptoginglymus, denſe ſtriatus, margine fere inæquali & ſinuoſo. *Liſt. Tab.* 229. *f.* 64. *Sloane p.* 258. *Tab.* 241. *f.* 17.
14. Pectunculus e fuſco rufeſcens admodum denſe ſtriatus. *Liſt. Tab.* 231. *f.* 65. *Tab.* 232. *f.* 66. *Sloane ib. p.* 258.
15. Pectunculus ovalis, denſe, profunde & dentatim ſtriatus, in margine interiore dentes ſunt largiores circa cardines polyginglymos. *Liſt. Tab.* 237. *f.* 71. *Sloane ibid.*
16. Pectunculus gravis, raro vel minus profunde ſulcatus, ex fuſco virideſcens, articulationibus laminatis. *Liſt.* 238. *f.* 72.
17. Pectunculus maximus ſubfuſcus, leviter ſulcatus, margine interiore dentato. *Liſt. Tab.* 240. *f.* 77.
18. Rhomboides, ſtriis imbricatis; *Liſt. Tab.* 315. *f.* 151. *Sloane p.* 259.
19. Citrinus, priori ſimilis, denſius imbricatus, roſtro lævi. *Liſt. Tab.* 315. *f.* 152.
20. Fragum abſciſſum, ſeu pectunculus ſubrufus, ſtriis craſſis. *Liſt. Tab.* 316. *f.* 153.
21. Pectunculus exiguus, anguloſus ſubfuſcus. *Liſt. Tab.* 317. *f.* 154. *Sloane p.* 259.
22. Pectunculus magnus, mediis ſtriis planis & muricatis; iisdemque ad latera utrinque bullatis. *Liſt. Tab.* 321. *f.* 158.
23. Tenuis, oblongus, modo ruber, modo citrinus; ſtriis nunc

ex toto nunc ex parte muricatis. *Liſt. Tab.* 322. *f.* 159. vid. *Sloane p.* 259. An pectunculus vulgaris *Rumphii?*

24. Pectunculus orbicularis, fuſcus, ſtriis mediis (*plicis latis latitudinaliter in medio*) muricatis (*acute dentatis*) *Liſt. Tab.* 324. *f.* 161. quem cum conchinata *Rondeletii* contulimus ſupra.
25. Pectunculus magnus orbicularis, maculatus, intus leviter rufeſcens. *Liſt. Tab.* 328. *f.* 165.
26. Alius major, craſſis ſtriis, & veluti faſciatus ex rufo. *Liſt. Tab.* 329. *f.* 166.
27. Alius anguſtior, oblongus, rufeſcens, ſtriis imbricatis. *Liſt. Tab.* 331. *f.* 168.
28. Oblongus, ſubfuſcus, ſtriis leviter tantum inciſis. *Liſt. Tab.* 332 *f.* 169.
29. Capite minore, rotundiore & fere æquali margine, ſtriis rugoſis. *Liſt. Tab.* 334. *f.* 171.
30. Ex altera parte fuſcus & productior, capite ſeu roſtro majuſculo, ſtriis rugoſis. *Liſt. Tab.* 333. *f.* 170.
31. Tenuis, pellucidus, leviter purpuraſcens, denſe ſtriatus, in latum oblique expanſus, vertice obtuſo. *Liſt. Tab.* 342. *f.* 179.
32. Pectunculus fuſcus, ſtriis paululum flexuoſis eminentibus & aſperis; oblongus, vertice acuto. *Liſt. Tab.* 343. *f.* 180.
33. Exiguus ſubrufus, leviter cancellatus. *Liſt. Tab.* 344. *f.* 181.
34. Pectunculus oblique in latum expanſus, anguſtior, maculatus *Liſt. Tab.* 347. *f.* 184. alius *ib. f.* 184. latior magis.
35. Subfuſcus ex latere productus & pedi humano inferiori ſimilis. *Liſt. Tab.* 347. *f.* 185.

§. 368. Spec. II. Sinuoſa, circa cardines utrinque ad planitiem inſinuata.

1. Braſiliana, fere rotunda, lineis corrugata, utrinque in ſinu complanata, quorum anguſtior cordis figuram imitatur, diverſimode pingitur a violaceo colore; reliquæ partes fulvæ, circa antrum albeſcunt. *Bonann. n.* 345.
2. Tiburtina; ejusmodi lapidi ſimilis. *Bonann. n.* 380.
3. Circinata, ſeu pectunculus ſubviridis, craſſiſſimus roſtratus; *Liſt. Tab.* 158. *f.* 13.
4. Tellina magna, intus purpurea; extra ſtriis transverſalibus profundis & lamellatis circinata. *Liſt. Tab.* 377. *f.* 220.

S E-

# SECTIONIS II.
## CAPUT II.
### DICONCHA INTERRUPTA.

§. 369. Interruptas dicimus Diconchas, quæ toto limbo ita non connivent, quin alicubi poſt plauſum aliquam relinquant aperturam.

## CLASSIS I.
### DICONCHA SULCATA.

§. 370. Sulcatas dicimus Diconchas, quæ ſua, per Ginglymum ſive Enarthroſin (*a*), conjunctione inter cardines ſulcum notabilem, non ſinum, formant.

(*a*) Die Eingliederung.

§. 371. Species:

1. Margaritica. Muſculus fluviatilis anguſtior, ex flavo virideſcens; validus, umbonibus acutis, valvarum cardinibus, velut pinnis, donatus. *Liſt. de Cochl. p.* 149. Valvæ craſſæ ſub cortice ſcabro margariticæ, qualis & interior teſta, niſi ſit ex argenteo cærulea. In ſenio, velut homo, ex calculis margariticis laborare dicitur communiter, quod non eſt hujus loci; conf. *Liſt. Tab.* 147. *f.* 2.
2. Fragilis; concha longa lataque in mediis cardinibus, cavitate quadam pyriformi inſignita. An chama glycimeris *Rondeletii?* Teſta valde fragilis, quatuor digitos longa, duos lata; plana, lævis; intus alba, extra flaveſcens, ſubfuſca membrana. *Liſt. de Cochl. p.* 170. Muſculus latus, maximus, & tenuiſſimus, e cæruleo virideſcens; ferus, paluſtris; *Liſt. Hiſt. Tab.* 156. *f.* 11.
3. Rhomboides, in medio cardine utrinque circiter tribus exiguis denticulis donata. *Liſt. de Cochl. p.* 171. Teſta modice craſſa, firma, extra rugoſa, alicubi quaſi ſubtiliſſime ſtriata; umbo exiguus acutusque conjungitur per ginglymum. Color albus, intus ex parte violaceus.

4. Plana fere & perfecte circinata, ampliſſima, alba intus, foris caſtanea, ligamento ſingulari juncta. *Bonann. n.* 19.
5. Craſſiſſima; muſculus niger, omnium craſſiſſimus; conchæ longæ ſpecies *Gesn. Aldrov. Liſt. Tab.* 149. *f.* 4. Icon exſtat in Tab. Noſtra X. n. 47.
6. Anguſta. Muſculus anguſtus, ſubflavus ſeu citrinus. *Liſt. Tab.* 147. *f.* 3.

## CLASSIS II.

## DICONCHA UMBILICATA.

§. 372. DICONCHÆ UMBILICATÆ ſunt, quæ circa Cardines a latere habent foveolam inſtar umbilici magis minusve profundam (reliquo corpore Chamas æmulantes).

## GENUS I.

## CIRCOMPHALOS.

§. 373. CIRCOMPHALOS a Κίρκος, circus, & ὄμφαλος, umbilicus. Eſt DICONCHA UMBILICATA CIRCINATA.

§. 374. SPECIES:

1. Nux maris *Jonii*, cortice rugoſo, coloris terrei. *Bon. n.* 39. Geribt Poſſertje *Belg.*
2. Luſitanica; albo cortice tecta; quam ſubminius, citreus, purpureus & palearis color diſtinguunt. *Bonann. n.* 75. Valvæ circulariter & concentrice rugoſæ ſunt, vertex acutus & oblique incurvus.
3. Pectunculus maculoſus, faſciis rarioribus, exaſperatis. *Liſt. Tab.* 277. *f.* 114. An pectunculus, lunatus, americanus, faſciis alte ſtriatis. *Petiv. Gaz. Tab.* 25. *f.* 52.? Figuram exhibet Tab. Noſtra X. n. 48. & 49.
4. Orbicularis plana, rugoſa. *Liſt. Tab.* 281. *f.* 119. *Sloan. p.* 261.
5. Mauritanica, rotunda, alba. *Liſt. Tab.* 261. *f.* 97.
6. Alba creberrimis faſciis, acutis, exaſperata. *Liſt. Tab.* 289. *f.* 125.
7. Roſtrata, irregulariter expanſa; pectunculus variegatus, roſtratus, rugoſus. *Liſt. Tab.* 280. *f.* 117.

8. Pectun-

8. Pectunculus craſſiſſimus, faſciis ex latere bullatis. *Liſt. Tab.* 284. *f.* 122. maris medit. *Tab.* 285. *eod. num.* 122.
9. Tellina parva, ex rufo maculata, paululum cava; ſtriis faſciatis valde aſpera. *Liſt. Tab.* 396. *f.* 243. Icon exſtat in Tab. Noſtra X. n. 50.
10. Pectunculus variegatus Jamaic. *Liſt. Tab.* 286. *f.* 123.
11. Crebris faſciis, Jamaic. *Liſt. Tab.* 278. *f.* 115. *Sloan. p.* 260.
12. Toroides, ſive pectunculus variegatus, gravis faſciis latis ac pulvinatis. *Liſt. Tab.* 279. *f.* 116.
13. Ex rubro undata ſuper circulis denſis. *Liſt. Tab.* 291. *f.* 127.
14. Latiſſima albida, denſe circinata, admodum plana. *Liſt. Tab.* 288. *f.* 124.
15. An eadem minor? *Liſt. Tab.* 289. *f.* 125.
16. Roſtrata, faſciis capillaceis. *Liſt. Tab.* 290. *f.* 126.
17. Craſſa, denſe circinata, leviter ex rufo variegata. *Liſt. Tab.* 292. *f.* 128.
18. Subfuſca, ſubtiliſſime circinata. *Liſt. Tab.* 293. *f.* 129.
19. Acuta, in vertice denſe circinata. *Liſt. Tab.* 294. *f.* 130.
20. Lunata, minuta ex Anglia. *Liſt. Tab.* 295. *f.* 132.
21. Lunata ad verticem, major. *Liſt. Tab.* 295. *f.* 131.
22. Virgata, ſeu Tellina faſciata compactius ſubaurea. *Liſt. Tab.* 404. *f.* 249.
23. Literata. Tellina faſciata anguſtior, intus luteſcens. *Liſt. Tab.* 404. *f.* 248.
24. Muſculus tenuis, ſubruber, ex interna parte roſtro recurvo. *Liſt. Tab.* 157. *f.* 12.
25. Muſculus brevior, admodum craſſus, ex parte interna ſubroſeus, cardine inciſuris minutis exaſperato. *Liſt. T.* 150. *f.* 5.
26. Fuſcus anguſtior. *Liſt. Tab.* 151. *f.* 6.
27. Danubialis, ex flavo videſcens, cardine dentato, medio dorſo leviter circinatus. *Liſt. Tab.* 146. *f.* 1.

## GENUS II.

## *ACTINOBOLUS.*

§. 375. Actinobolos, ſeu radios emittens dicitur Diconcha umbilicata striata.

§. 376. Species:

1. Æquilatera, *Rumphio p.* 139. *Tab.* XLIII. *lit.* D. Chama pecti-

pectinata, plana, craſſa, ſtriis planis, incurvis, aliquoties circulariter ſulcatis. Intus eſt luteola, ad marginem rubra, ſtriis detritis fit ex albo leucophæa, læviſſima. De Kam-Doublet *Belg.*

2. Scabionata rotunda, plana, alba; ſtriis planis denſis transverſim circinatis, umbone exſerto. *Rumph. Tab.* XLIII. *lit.* E. De geſchobde Doublet *Belg.*

3. Granoſa, fere perfecte rotunda, umbonata, plana, ſtriis granulatis ſeu aſperis quaſi imbricata. *Rumph. Tab.* XLIII. *lit.* H. De gekorlde Doublet *Belg.*

4. Striata, concentricis circulis aliquot ſtrias transeuntibus; parum excavata, & quaſi perfecte circino rotundata; tota albida; ab altero verticis latere per lineam rectam ad aliquod ſpatium transcurrit. *Bonanni n.* 69.

5. Pectunculus parvus, albidus. *Liſt. Tab.* 311. *f.* 147.

6. Bengalenſis, maculatus; majoribus ſtriis; *Liſt. Tab.* 345. *f.* 182. Plicæ ſunt latæ, rugoſæ, planæ; ſulci ſtriati; vertex acutus & lunatus.

7. Roſtratus; ſtriis aſperis & majoribus. *Liſt. Tab.* 346. *f.* 183. Figuram oſtendit Tab. Noſtra X. n. 51.

## GENUS III.

## *OMPHALO-CLATHRUM.*

§. 377. Dicitur Diconcha umbilicata, Clathrata.

§. 378. Species:

1. Bengalenſis, cancellatus, cardine croceo. *Liſt. Tab.* 336. a. *f.* 172. Icon exſtat in Tab. Noſtra X. n. 52.

2. Ex fuſco variegata & cancellata minor. *Liſt. T.* 336. b. *f.* 173.

## *CLASSIS III.*

## DICONCHA SINU PROFUNDO.

## *CHAMÆ.*

§. 379. Diconchas sinuatas dicimus, quæ labiis lateris longioris figurant ſinum venereum, magis minusve patentem. Græco nomine vocantur Chamæ (*a*).

(*a*) Cha-

(*a*) Chamæ *ſunt* Diconchæ ſinuoſæ; *vertice adunco; dorſo utrinque alto; limbo acuto, ſimplici; lateribus labiatis; quorum alterum ſinum venereum deorſum, alterum, ſive latus poſticum, umbilicum retrorſum, nonnunquam utrinque venereas figuras ex vertice deſcribunt.*

Pſeudo venereæ, *quæ utrinque ad latera compreſſa, ſchemata deſcribunt venerea; ita tamen, ut labia æqualiter concurrant, cum limbo acuto ad verticem usque, nullumque veſtigium nympharum relinquant. Breviter:* Sinus venerei umbratiles.

## GENUS I.

## *CHAMÆTRACHÆA.*

§. 380. Chamæ χάζω vel χάω hic dicitur Diconcha ſinuata craſſa, in maris fundo hians, vel ut loquitur *Plinius*, ad plauſum aperta; unde Batavis *Gapers* audiunt.

§. 381. Chamætrachæa autem a τραχὺς, aſper, cognominata eſt Chama exochis variis aſpera.

§. 382. Spec. I. Plicata. *Mal.* Bia garu. *Amboin.* Maêka. *Ternat.* Kima *Aliis* Morabo, Maniwo, Alibo. *Belg.* **Nagel-Schulpen/ Nagel-Doubletten. Klip-Kouſſen** vocantur etiam a quibusdam, ſed male, teſte *Rumphio*, quem vide *p.* 126.

1. Decumana ſeu Pelagia; Teſta ſemilunaris, ſalſilagine obducta, ad 5. pedes longa, dimidium pedem craſſa; ex lamellis conflata, gravans octo bajulos; plicis ſquamatis; ſquamis craſſis obtuſis; margo, cultri inſtar, acutus, ut navium funes ſecet. *Rumph. p.* 127. *Tab.* XLII. *lit.* A. Fiunt inde clypeoli Lunæ, cum teſtis nativis non confundendi; *Rumph. p.* 129. *&* 130.
2. Littoralis, mas; teſta ſemilunaris, longior, ſuper plicis 9. vel 10. ſquamas breves & denſas ordinans; ſinu patentiore. *Rumph. p.* 127.
3. Littoralis, femina; communiſſima, cujus teſta inter quinque plicas conicas, fluctuum inſtar, ex centro productas habet ſtriges concavo conicas, ſibi invicem in limbo inſinuatas, excepto latere altero, ubi ſinus longiuſculus, inſtar rimæ, hiat; ſquamæ plicarum ſunt unguiformes; color eſt ignave albus, intus eburneus; *Rumph. p.* 127.

4. Rotunda, tenuior, ſquamis brevioribus, coloris nunc lutei pallentis nunc rubri flaveſcentis. In hac *Chamites* occurrit, ſive lapillus ignave perlatus, quaſi alabaſtrinus, inſtar Achatæ; *Rumph. p.* 128. Nonnunquam & alius *Chamites* apparet, qui digitalis audit, ſeu longior, in baſi convexa ruber, reliquo corpore albus. *Rumph. p.* 129. Pectunculus admodum tenuiter imbricatus. *Liſt. Tab.* 353. *f.* 190. Cui congener pectunculus ingens, raris imbricibus exaſperatus. *Liſt. Tab.* 351. *f.* 189. adde *Tabulam* 352. Concha imbricata, *Bonann. n.* 83.

5. Abſciſſa, eſt Diconcha, plicis ſquamoſis undata, altero latere plana, coloris ſubcinerei; generans *Chamitem* lenticularem, flaveſcentem; *Rumph. p.* 130. *Bonann. n.* 84. Concha marina marmorea imbricata. *Fab. Col. Liſt. Tab.* 354. *f.* 191. Figuram vide in Tab. Noſtra X. n. 53.

6. Obtuſa, palmam longa, rotunda, craſſa, convexa, plicis ſquamoſis; ſquamis brevibus; coloris cinerei, ſinu patentiore; margine luteo. *Rumph. Tab.* XLII. *lit.* B.

7. Lingua Tigyrina, fera, ſquamoſa fuliginoſa. *Rumph. p.* 140. *n.* XII.

8. Ovalis, alba; inter profundos ſulcos plicas ſquamatas extendens, cortice lævi & fragili; ideoque raro integra; *Bonann. n.* 351.

9. Spondylus variegatus, ſtriatus; margine digitato. *Liſt. Tab.* 210. *f.* 44. Oſtrea minor ſulcata, oblonga, gibboſa, ambitu ſerrato. *Sloane It. Jam. p.* 262. *Tab.* 241. *f.* 20, 21. Spondylus barbadenſis, parvus, alte ſulcatus; *Petiv. Gaz. Tab.* 24. *n.* 12. Speckled Barbadoes, Ragoyſter *Ejusd. Cat. p.* 93. *n.* 571.

10. Pectunculus ſtriatus & muricatus parvus. *Liſt. T.* 355. *f.* 192.

§. 383. Spec. II. Striata:

1. Pes equinus. Bia Corourong. **Paarde-Voetje / perſpectibe Doublet** *Belg.* Teſta craſſo, plano, clauſo ſinu; ſtriis ad cordis figuram compoſitis; ſi ſinui inſiſtit Teſta, ungulam equinam plicatam, plicis ſtriatis & apicibus acutis aſperam præſentat; in margine pellucet; conjunctio fit per ſuturam latam. Color ſuper albo puniceus. Chamites incluſus nonnunquam eſt avellanæ æqualis. *Rumph. Tab.* XLII. *lit.* C. *Bonann. n.* 81, 82. *Liſt. Tab.* 350. *f.* 188.

2. **Scherſje.**

2. **Scherſje.** Teſta parva, rotunda, complanata, craſſa, per ſtrias granulata.
   a. Languide alba, maculis in margine nigricantibus. *Muſ. Klein.*
   b. Alba, ſimilis grumo oryzæ coctæ. *Rumph. Tab.* XLII. *lit.* D.
   c. Pectinata; **wilde Scherſje**; exigua, rotunda, craſſe ſtriata, languide alba, maculis nigris. *Rnmph. p.* 132. *n.* V.
3. Criſtata in ſingulis ſulcis, coloris plumbei. *Bonann. n.* 336.
4. Pectunculus major variegatus profundo ſinu. *Liſt. Tab.* 349. *f.* 187.

# GENUS II.

## *CHAMELÆA.*

§. 384. Vox idem, quod Chama lævis ſonat, labiis lateralibus in plano velut vulvam cum nymphis exprimens. *Batavis* **Gapers.**

§. 385. Spec. I. Circinata, ſive concentrice ſulcata.

1. Optica, picturis fuſcis confuſis. vid. *Liſt. Tab.* 254. *f.* 89. *Tab.* 255. *f.* 90. *Tab.* 259. *f.* 91. *Tab.* 257. *f.* 92, 93. *Tab.* 258. *f.* 94. *Tab.* 287. *f.* 123.
2. Chama literata, rotunda, umbone cardinum protenſo; æqualiter expanſa; plana; tenuis, ſuper circinis nigris undis inſcripta. *Rumph. Tab.* XLIII. *lit.* C. **De ronde Letter-Schulp of Baſtaart Strik-Doublet** *Belg.* lituris quibusdam rufis eleganter exaratis; minor Pectunculus undatim pictus. *Liſt. Tab.* 246. *f.* 80.
3. Favus; **Wafel yſer / Lip-Doublet** *Belg.*
   a. Craſſa, alba, quadraticis cellulis per circulos exaſperata, in latere brevi ſinum profundum formans. Figuræ eſt convexæ, quodammodo parabolicæ. *Rumph. Tab.* XLIII. *lit.* F.
   b. Alia, ſeu pectunculus admodum craſſus; an lapideus margine denſe crenato. *Liſt. Tab.* 341. *f.* 178.?
4. Lingua Tygerina, **Tygers-Tonge** / globoſior; ſinu altero rotundo, circinis obliquis, aſperis; coloris rufi, ad marginem nigricans. *Rumph. p.* 140. *n.* XI. *Tab.* XLIII. *lit.* G.
5. Remies. *Mal.* Remis; diconcha plana, leviter umbonata, coſtulis planis circinata.
   a. Teſta craſſa, tres pollices fere rotunda. *Rumph Tab.* XLIII. *lit.* I.

b. Minor

b. Minor ungui æqualis. *Id. p.* 140.
c. Minima ex griſeo picta, ſuper circinis.
d. Craſſa, ſtriata, lutoſa, maculis paucis, nigris.

6. Bia matta doa; **Schulp met twee oogen**; fere elliptica, plana, micis ſubviridibus, vel fuliginoſis, ſive nigricantibus confuſis albo mixtis, circa cardines per duas aperturas, velut oculus. Aquam projiciunt in apprehenſuros. *Rumph. Tab.* XLIII. *lit.* A.
7. Teſtulæ, circulis granulatis, albæ & hepaticæ. *Rumph. Tab.* XLII. *lit.* O.
8. Toeda Baya; teſta elliptice acuta, circinatis ſtriis.
   a. Craſſa, fuliginoſa, radiis albis interlabentibus, palmam lata. *Muſ. Klein.*
   b. Minor, obſcurior, virgis albis. *Rumph. Tab.* XLIII. *lit.* K.
9. Luſitanica, fere rotunda, in ambitu ſerrata, coloris lactei *Bonann. n.* 45.
10. Trigona; foris alba cum quodam rubore, intus tota alba. *Bonann. n.* 50.
11. Concha rugata *Rondelet.* coloris terrei; rugæ ſunt concentricæ, vertex elatus; *Bonann. n.* 54.
12. Muſculus fluviatilis e fluvio Tameſi ad Batterſey. *Liſt. Tab.* 148. *f.* 2.
13. Chama glycimeris *Bellon.*, ingens, variegata ex ruſo. *Liſt. Tab.* 247. *f.* 82.
14. Triquetra, ex flavo radiata. *Liſt. Tab.* 251. *f.* 85.
15. Pectunculus tenuis, leviter purpuraſcens, radiatus. *Liſt. Tab.* 264. *f.* 100.
16. Fuſcus, denſe faſciatus, eleganti quadam pictura undulata. *Liſt. Tab-* 282. *f.* 120. Icon exſtat in Tab. Noſtra X. n. 54.
17. Albus, admodum craſſus. *Liſt. Tab.* 305. *f.* 138. *Sloane p.* 261. ſimilis Quadranti *Rumphii*, muricibus carens.
18. Alius ſimilis Rhomboides, rarioribus faſciis aſper. *Liſt. Tab.* 308. *f.* 141.
19. Cuneiformis, ſubfuſca anguſtior, intus purpuraſcens, ambitu ſerrato. *Liſt.. Tab.* 376. *f.* 217.
20. Tellina lata rugoſa. *Liſt. Tab.* 390. *f.* 229.
21. Albida, ex rubro radiata, anglica. *Liſt. Tab.* 385. *f.* 232.
22. Triangularis, albida, tenuis, faſciata. *Liſt. Tab.* 401. *f.* 244.
23. Triangularis, admodum craſſa. *Liſt. Tab.* 401. *f.* 245.

§. 386.

§. 386. Spec. II. Striata ſeu pectinata:

1. Optica, caſtanea, albis picturis paucis. *Rumph. pag.* 139. *n.* IV.
2. Clathrata; coloris plumbei ut plurimum, ex fulvo maculata. *Bonann. n.* 348.
3. Punto Francoiſe. Maculas habet undatim; ſine certa inflexione, coloris aurei ſuper oſſeo, nitente; circumferentiam faſcia lata flava lineolis fulvis inæqualiter diſtincta ambit; intus candet ſub nitore. *Bonann. n.* 398.
4. Tenuis, ſeu pectunculus lævis, aut certe admodum tenuiter ſtriatus, margine dentato flaveſcens, & interdum purpuraſcens. *Liſt. Tab.* 249. *f.* 83.
5. Pectunculus orientalis, ex rufo variegatus, ſtriis craſſiuſculis, diverſi centri. *Liſt. Tab.* 312. *f.* 148.
6. Pectunculus ex rufo variegatus, ſtriis tenuibus a vertice ad medium dorſum per circulares faſcias concurrentibus. *Liſt. Tab.* 310. *f.* 146.
7. Rufeſcens, ſtriis ad marginem alicubi bullatis. *Liſt. Tab.* 340. *f.* 177.
8. Alius, craſſior, ex fuſco variegatus, ſtriis rugoſis. *Liſt. Tab.* 348. *f.* 186.
9. Diverſimode ſtriata, in latum expanſa. *Liſt. Tab.* 313. *f.* 149. conf. *Tab.* 346. *f.* 183.

§. 387. Spec. III. Lævis, ſiue circinis umbratilibus, tactu læviſſimis:

1. Chama lævis, *Rumphii;* Chama nigra ſeu Concha Molæna *Athenæi.* De gladde Gaper of Japanſche Speel-Doublet *Belg.* quaſi quarta pars lentis convexo-convexæ, in utraque laterum conjunctione rugoſe plana, ſed in altera ſemper nigricante, ſinuata; extus varii coloris. Plinio Glycimeris, ut arbitratur *Rumphius.* Bia Letter & Bia Tenember Indis dicta.
   a. Glycimeris Amboinenſis 3. digitorum.
   b. Chinenſis, palmam longa. *Rumph. p.* 138. *n.* I. *Tab.* XLII. *lit.* G.
2. Chama lutaria, ſive coaxans. De Quakker vel Quaaker *Belg.* Bia Cadock, a plauſu ſonoro ita dicta, ſubrotunda, palmaris, lævis, lutoſi coloris. Latet in illa nonnunquam lapillus rotundus, argenteus, aliquando tuberculoſus. *Rumph. Tab.* XLII. *lit.* H.
3. Chama virgata. Bia Baguala, teſta fere rectangularis.

a. Tenuis, extus chalybea, radiis ſeu virgis obſcure flavis, ad cardinem concurrentibus, intus violacea. *Rumph. Tab.* XLII. *lit.* I.

b. Gravis, ſubfuſce radiata. *Liſt. Tab.* 268. *f.* 104.

4. Chama optica. **Perſpectiefje.** Concha ſubrotunda, in rectum expanſa, duos pollices lata; teſta craſſa, lævis.

a. Nigris macularum ordinibus domunculas, colles, & quid non? figurans. *Bonann. p.* 166. *n.* 376. *Liſt. Hiſt. Tab.* 259. *f.* 95.

b. Tentoriis faſciis picta, quibus apluſtra (*a*) inſident. *Rumph. Tab.* XLII. *lit.* K.

c. Duabus faſciis concentricis & ſubtilibus cincta, lineis anguloſe parallelis, furvis & ſanguineis. *Bonann. n.* 67.

d. Inter duas circinatas faſcias concentricas, maculis flammeis & velut minutiſſime ſquamatis diſcriminata. *Bonann. n.* 327.

5. Chama Anglicana prima. Concha craſſa, ex altera parte compreſſa, ex altera ſubrotunda, coloris albi. *Liſt. de Coch. p.* 173.

6. Chama Anglicana ſecunda. *Liſt. ib. p.* 174.

7. Chamula rubra; concha parva, ſubrotunda, ex parte interna rubens. Teſta tenuis. *Liſt. de Cochl. p.* 175.

8. Concha lævis *Rondelet.* magna, compreſſa, cinerea; circa oram rufa, rugoſa; umbone exiguo, acuto; articulata per gomphoſin. *Bonann. n.* 48.

9. Flammea; intus dentata, candida, lineis undoſis, ſubflavis belle inſcripta. *Bonann. n.* 61.

10. Virgata & faſciata, ſubtili & tereti teſta, in concavo cyanea, in convexo livida, zonis caſtaneis & ſubflavis. *Bonann. n.* 66.

11. Faſciata, præſtans & rara; teſta læviſſima, argentea veſte induta, faſciolis holoſericis nigris ſegmentata. *Bonann. n.* 85.

12. Quadrangularis, ſeu pectunculus ex flavo variegatus, rhomboides, ſive ima margine quaſi in angulum exeunte. *Liſt. Tab.* 250. *f.* 84.

13. Africana; triquetra; alba; intus ex viola purpuraſcens. *Liſt. Tab.* 252. *f.* 86.

14. Tenuis, albida, umbone rubeſcente. *Liſt. Tab.* 263. *f.* 99.

15. La-

(*a*) *Apluſtra*, **Scheeps-cieradien/ Schiffs-zierahten.**

15. Latiſſima, plana, intra & extra alba, Jamaicenſis. *Liſt. Tab.* 266. *f.* 102. *Tab.* 269. *f.* 105.
16. Maculata; Jamaic. maculæ ſunt inſtar nubecularum diſperſæ. *Liſt. Tab.* 270. *f.* 106.
17. Magna, margine denſe crenata, intus ex viola purpuraſcens. *Liſt. Tab.* 271. *f.* 107.
18. Pectunculus maximus, ſubfuſcus, valde gravis. *Liſt. Tab.* 272. *f.* 108.
19. Alba, paulo planior, Jamaic. *Liſt. Tab.* 273. *f.* 109.
20. Profunda; ad alterum humerum ſinus longiuſculus; Jamaic. *Liſt. Tab.* 274. *f.* 110.

## GENUS III.

## *QUADRANS.*

§. 388. Eſt quaſi quarta pars lentis circularis utrinque convexæ, in longiore latere ſinum formans vulvæ ſimilem; unde & Vulvaria dicitur. **Venus-Schulp.**

§. 389. SPECIES:

1. Remies, Gargadja alba; margine ſinus dentato. **De getande Venus-Doublet.** *Rumph. Tab.* XLII. *lit.* N. Icon exſtat in Tab. Noſtra X. n. 55.
2. Quadrans, **het Quadrantje**/ *Rumphio* quaſi quarta pars caſeoli rotundi & compreſſi in latere plano; cordiformis & rufus, in dorſo circulariter lamellatus, cinerei coloris. *Liſt. Tab.* 307. *f.* 140. faſciis ad ſinum muricatis.
3. Sulcis circularibus raris, utroque ſinu circa mucronem dentato. *Rumph. Tab.* XLII. *lit.* F.
4. Vulvaria piloſa; circa ſinum pinnulis longis aculeata, longitudinaliter ſtriata, vel potius inter lamellas ſulcata. **De Venus-Schulp met Hair.** *Rumph. Tab.* XLVIII. *n.* 4.
5. Plicata, **de gerimpelde oude Wyfs-Schulp**/ *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XLVIII. *n.* 5.
6. Granulata, alba; micis puniceis; circa ſinum pinnulis latis muricata. *Muſ. Klein.*
7. Anguloſe per longum ſulcata; plicis contentricis, caſtaneis faſciis velut conſtrictis; ad ſinum pauci adunci aculei. *Bonanni n.* 86.

# CLASSIS IV.

## DICONCHA SINU PROMINULO.

## TELLINA.

§. 390. Tellinas a conchis reliquis diſtinguimus per labia ſinus in longiore conjunctionis latere prolapſa (*a*). Nomen antiquum ſed vagum eſt; ut ut a πλέω, perficio, quia velociſſime ejusmodi conchæ perficiuntur, etymon petas, tamen ex hoc criterio nemo Tellinas agnoſcet. Ex collatione teſtarum hujus nominis aliam ex ſinu differentiam addiſcimus, hic per genera ſubordinata expoſitam.

(*a*) *Sive: ſunt Diconchæ Sinuoſæ, quarum labia prominula neglectis ſinubus vel longiore vel breviore conjunctione leviter complicantur.*

## GENUS I.

## TELLINA CIRCINATA.

§. 391. Circinatas dicimus Tellinas, laxa denominatione, quæ lineas ducunt limbo parallelas.

§. 392. Spec. I. Ἄγραφος, rudis; ſine inſcriptione:

1. An virginiana ſeu Muſculus brevior, fluviatilis, admodum craſſus, ex interna parte ſubroſeus, cardine inciſuris minutis exaſperato; *Liſt. Tab.* 150. *f.* 5.? Eſt Tellina majuſcula oblique in latum expanſa; conf. *Liſt. Tab.* 507. 154. & 155.
2. Virginiana II. ſeu Muſculus fluviatilis fuſcus, anguſtior, ex altera parte cuneatim protenſus. *Liſt. Tab.* 151. *f.* 6.
3. Pectunculus planus, albidus, intus leviter flaveſcens; cardinibus acute umbonatis. Jamaic. *Liſt. Tab.* 265. *f.* 101. *Sloane It. Jam. p.* 259. 260. *Liſt. Tab.* 267. *f.* 103.
4. Pectunculus ruber, craſſe faſciatus & obſcure virgatus. *Liſt. Tab.* 306. *f.* 139.
5. Radiata lata i. e. per circulos ſubtiliter ſtriata. *Liſt. Tab.* 381. *f.* 224.
6. Tellina major, intus & extus purpuraſcens. *Liſt. Tab.* 391. *f.* 230.

7. Tellina ad umbonem extra maxime rubeſcens. *Liſt. T.* 397. *f.* 236. *Sloane p.* 264.
8. Pallide admodum rufeſcens, lata, ex altera parte ſinuoſa. *Liſt. Tab.* 395. *f.* 242. Figuram exhibet Tab. Noſtra X. n. 56.
9. Tellina ex rufo maculata, faſciisque exaſperata. *Liſt. Tab.* 394. *f.* 241.
10. Faſciata, ex rubro variegata, anglica, oblonga. *Liſt. Tab.* 403. *f.* 247.
11. Pectunculus craſſus, ex rufo variegatus. *Liſt. Tab.* 304. *f.* 145. Icon exſtat in Tab. Noſtra XI. n. 57.
12. Tellina maxima, latiſſima, ſubrubra circinata (non radiata) ad alterum latus ſinuoſa. *Liſt. Tab.* 387. *f.* 234.
13. Subalbida. *Liſt. Tab.* 388. *f.* 235. an ead. cum præced.?
14. Tellina a Madagaſcar. *Liſt. Tab.* 386. *f.* 233.

§. 393. Spec. II. Ἔγγραφος ſive literata. *Rumphio* dicitur Chama.

1. Oblonga; **Strik-Doublet; Japanſche Matje; Letter-Schulp;** Bia letter; ad 5. digitos longa, tres lata, ex cardinibus umbonatis, oblique in latum expanſa; ſuper fundo leucophæo nigris lineis angularibus inſcripta. *Rumph. Tab.* XLIII. *lit.* B. Hujus ſpeciei dantur quinque vel ſex varietates. Tellina major, intus lacteſcens, faſciis exaſperata, radiata. *Liſt. Tab.* 399. *f.* 238.
2. Tenuis, minor; ſubcinerea, punctis nigris incompoſitis. *Rumph. p.* 139. *n.* VI. *Liſt. Tab.* 380. *f.* 223. Iconem vide in Tab. Noſtra XI. n. 58.
3. Craſſa, oblonga, undis fuſcis. *Rumph. ib. Liſt. T.* 378. *f.* 221.
4. Xulanenſis, plana; ſuper circulis acute undoſa. *Rumph. Tab.* XLIII. *lit.* L. *Liſt. Tab.* 379. *f.* 222.; quaſi literis Runicis notata. Figuram exhibet Tab. Noſtra XI. n. 59.
5. Neapolitana; ſubtilis, fragilis, ſubalba; colore punctatim ſubviridi, aſpera & lineolis undoſis, oſtrinis, dilutis, cinereis & heluaceis notata. *Bonann. n.* 43.
6. Drepanitana; alba; lineis caſtaneis, huc illuc ſine regula diſcurrentibus ſignata, & punctis ſubflavis aſpera. *Bon. n.* 46.
7. Braſilienſis, lacteo colore albicans, veluti plicis quaſi tunica compoſita, ob lineolas, quibus ſignatur, quas aliæ lineæ tranſverſales undoſe ſecant. *Bonann. n.* 349.

8. Neapolitana, undoſa, flaveſcens, maculis punctatis; coloris ſubvulterini (*a*) & ſanguinei. *Bonann. n.* 68.
9. Tellina major reticulata. *Liſt. Tab.* 400. *f.* 239.
10. Tellina magna luteſcens. *Liſt. Tab.* 402. *f.* 246.
11. Ex viola purpuraſcens, runice inſcripta leviter. *Liſt. Tab.* 303. *f.* 144.

(*a*) Subvulterinus; *ex rubore fuſco nigreſcit, ut Vultur;* braunſchwartz.

## GENUS II.

## *TELLINA VIRGATA.*

§. 394. Bia malum; **Pacht-Schulp.** Loco literarum virgis latis rubris & albis ſuper circinis ex umbone ad ſpeciem radiorum per foramen in conclave obſcurum projectorum. *Rumph. p.* 139. *n.* VI.

§. 395. Species:

1. *Rumphii.*
   - a. **Sonneſtralen.** Bia Matta Hary; digitum longa, duos pollices lata, altero latere rotundo, altero labioſo; rugis margini parallelis & aſperis; *Tab.* XLV. *lit.* H.
   - b. Alia luteola; virgis rubris in cardine concurrentibus. *Rumph. p.* 147. *n.* VIII.
2. *Bonanni:*
   - a. Rubra virgis albis & flavis. *Bon. n.* 382. *Liſt. Tab.* 383. *f.* 226.
   - b. Coloribus diverſimode temperatis & evanidis, in ambitu ſerrata, ex mari Luſitanico. *Bonann. n.* 36.
   - c. Faſciata; faſciola perpendiculari candida, quam color caſtaneus in vinoſum abiens hinc inde terminat; e littore German. & Britan. *Bonann. n.* 42.
3. *Liſteri:*
   - a. Subrufa lata, ex Ind. Orient. *Liſt. Tab.* 392. *f.* 231.
   - b. Magna, albida, ex rubro late radiata, Jamaic. *Liſt. Tab.* 393. *f.* 240. Icon exſtat in Tab. Noſtra XI. n. 60.
   - c. Variegata, unico radio ſive plagula albeſcente conſpicua. *Liſt. Tab.* 384. *f.* 227.; an eadem cum *Bon. lit.* C. *n.* 42.?
   - d. Parva, albida, ex purpureis maculis virgatim radiata. *Liſt. Tab.* 389. *f.* 228.

G E-

# GENUS III.

## TELLINA STRIATA.

§. 396. Titulus patet ex definitis jam nominibus.

§. 397. Species:

1. Arenoſa. Bia Paſſir. Digitum longa, duos pollices lata, craſſa, ſtriis ſubtilibus, incurvis, granulatis pectinata.
   a. Coloris cinerei & ſubalbidi.
   b. Rubicundi, maxime circa limbum internum. Lapillus in his conchis margariticus audit. Bia bocaſſan, *Rumph. p.* 146. *Tab.* XLV. *lit.* C.
2. Saxatilis; Bia Batu; craſſa, rugoſa, parum ſtriata; in antica parte hians; lanugine adhæret ſaxis. *Rumph. ibid.*
3. Anglicana; intus ex viola purpuraſcens; in ambitu ſerrata, *Liſt. de Cochl. p.* 190. Teſta pulchra; foris alba, plana, ſubtiliſſime ſtriata. conf. *Bonanni p.* 104. *n.* 37.
4. Concha candida dupliciter ſtriata, & veluti aculeata; *Liſt. de Cochl. p.* 193. Teſta tenuis, fragilis, candida ſesqui digitum longa & lata, valde concava, anguſta. Fors Dactyli veterum quædam ſpecies.
5. Tellina, umbone omnium acutiſſimo; teſta, quæ coloribus diverſis quaſi opere teſſellato decoratur, admodum tenui. *Bonann. p.* 105. *n.* 38.
6. Cozze Italorum, concha oblonga, anguſta, denſe ſtriata ex vertice obtuſo:
   a. Simul faſciata. *Bonann. n.* 78.
   b. Crenata ad ſinum prolapſum & concentrice circinata. *Bonann. n.* 79. *Liſt. Tab.* 233. *f.* 67.
7. Braſil., minutiſſimis crenulis circa limbum ſignata. Intus purpurea, foris ex cardine circa peripheriam alba. *Bon. n.* 384.
8. Pectunculus tenuis, ſubruber, minutiſſimis ſtriis undatis exaratis. *Liſt. Tab.* 339. *f.* 176. Pectunculus Jamaic. rubeſcens, undis capillaceis tenuiſſimis. *Petiv. Phil. Tranſ. n.* 299. *Mem.* 1708. *p.* 222. *n.* 24. *Sloane p.* 260.
9. Pectunculus parvus, intus ex viola purpuraſcens, ſtriis denſis circa maginem imbricatis. *Sloane p.* 260. *Liſt. Tab.* 338. *f.* 175. ((Tellina parva, radiata, intus omnino purpuraſcens. *Petiv. Gaz. Tab.* 18. *Tranſ. Phil. n.* 299. *Sloane p.* 264.))

10. Cunei

10. Cuneiformis, craſſa, denſe ſtriata; ambitu ſerrato; intus violacea. *Liſt. Tab.* 375. *f.* 216. *Tab.* 376. *f.* 218. Huc pertinent, quæ *num.* 9. (( )). Figuram vide in Tab. Noſtra XI. n. 61.
11. Purpuraſcens, margine ſinuoſa; Jamaic. *Liſt. Tab.* 376. *f.* 219. *Sloane p.* 265.
12. Muſculus latior, ſubfuſcus, cæruleis lineis radiatus. *Liſt. Tab.* 152. *f.* 7.

## GENUS IV.

## *TELLINA GRANULATA.*

§. 398. Denominatio patet ex vocibus ſigillatim definitis (granulata, chagrinirt).

§. 399. Species:

1. Picta. Kappya; ſtriata granulata, geographica.
   a. Cinerea, intus alba; *Muſ. Klein.*
   b. Rufa cinere picta; intus rubra; pollicem longa. *Rumph. p.* 147. *n.* 17.
2. Lingua felis; Katte-tonge; Kobbe-tonge; Segreine Doublet. Teſta lata plana, uno latere rotundo, altero labioſe exſerto, ſquamulis ſeu papillis aſpera, inſtar linguæ felinæ.
   a. Super albo virgæ rubræ, ad cardinem confluentes.
   b. Alba, ſtriis granulatis, minus nobilis. *Rumph. p.* 147. *n.* VII. *Tab.* XLV. *lit.* G. Figuram oſtendit Tab. Noſtra XI. n. 62.
3. Faſciis, quaſi dentatis aſpera. *Liſt. Tab.* 302. *f.* 143.
4. Magna, plana, orbicularis, fere rubeſcens, capillaribus ſtriis quaſi cancellata & aſpera; Jamaic. *Liſt. Tab.* 337. *f.* 174. *Sloane p.* 260.

## GENUS V.

## *TELLINA LÆVIS.*

§. 400. Ventricoſa, oblonga, profuſis labiis ſinuoſis, altero latere cito decreſcens; cæterum nomen per ſe clarum.

§. 401. Species:

1. Tellina Gari; quod eſt Bellariorum genus; conſtans carne con-

condita hujus generis concharum, ſæpe & inteſtinis piſcium. Bia Bocaſſan, Blaſtor & Blaſtol; digitum longa; pollicem lata; in labiis exſertis rugoſa; coloris cærulei; virgis albis; ad cardinem parum hians. *Rumph. Tab.* XLV. *lit.* D.

2. Fuſca, quatuor pollices longa, duos lata, rariſſima. *Rumph. Tab.* XLV. *lit.* H.

3. Tellina lævis *Rumphii.* **Roog-Doublet**; altero latere rotunda, altero labiata.
   - a. Eburnea } *Muſ. Klein.*
   - b. Flava, ad cardinem rubra; } *Muſ. Klein.*
   - c. Alba, obſcure virgata. Alba tenuis, ad alterum latus ſinuoſa; *Liſt. Tab.* 406. *f.* 252. Norvagica. *Liſt. Tab.* 407. *f.* 253.
   - d. Rubra; *Rumph. Tab.* XLV. *lit.* I. *Liſt. Tab.* 405. *f.* 250. Tellina parva, intus rubra, ad alterum latus ſinuata. Tellina lævis albida, rotunda, *Sloane Vol.* II. *p.* 264. Liſteri Tellina lævis, intus & extus rubra, ad latus ſinuoſa. *Liſt. Tab.* 405. *f.* 251.

4. Petaſunculus (*a*); **Hammetje / Banquet-Hammetje.** Tellina cultriformis ſeu oblonga, altera extremitate acuminata, digitum longa, pollicem lata, tenuiſſima.
   - a. Rubra, *Liſt. Tab.* 382. *f.* 225. cuneo anguſto, productiſſimoque. Icon exſtat in Tab. Noſtra XI. n. 63.
   - b. Carnea latior; } *Muſ. Klein.*
   - c. Flava velut eburnea; } *Muſ. Klein.*
   - d. Minor rubra, ſine cardinis umbone.
   - e. Striata, longa, alba, vel candide cinerea. An eadem *Liſt. T.* 398. *f.* 237.? *Bon. n.* 354. *Rumph. T.* XLV. *lit.* L.

5. Literata Xulanenſis, lævis, lineis undoſis. **Cour de Bza** *Belg.* Vid. *Schynvoet ad Rumph. Tab.* XLIV. *lit.* M.

6. Subrotunda, tenuis, omnium minime cava; cardinis medio ſinu & amplo & pyriformi; *Liſt. de Cochl. p.* 174. Teſta tenuis, fragilis, alba.

7. Longa, ſine dentibus; adeo expolita, ut arte nitor videatur ſuperadditus. Igneo colore fulget, aut rubeſcit; interdum roſea, aliquibus zonis circa cardinem candidis decoratur; *Muſ. Klein.*

8. Concha

(*a*) *Petaſunculus*, ein kleiner Hammer.

8. Concha Pictorum, ſub indumento furvo; in concavo margaritica, in qua parvulas uniones invenis. *Bonanni n.* 41. Teſta acute oblonga.

9. Roſea, faſciis albis, rotunda; in mari Luſitanico. *Bon. n.* 44.

10. Virgata, oblonga. *Bonanni n.* 47.
 a. Dilute flava, furva, vel cyanea & terrea.
 b. Pellucida, velut ex velo duplicato compoſita.
 c. Citrea.
 d. Nivea puriſſima.

11. Rugata; rotunda, ab altera parte verticis acutioris procedens per lineam rectam, ſed brevem. *Bonann. n.* 55.

12. Camadie Tarentinorum. Concha faſciata. *Bonann. n.* 64. Faſciis ex Caſtaneo rubris, ex vertice ad oram perpendiculariter, & aliis concentrice ductis, quibus interſeruntur maculæ rubicundiores, velut muſicæ notæ, aut muſici operis fragmenta, pellucida, ſandaraca nitentia. Intus eſt lævis, candida, ut Parius lapis.

13. Subcærulea, Braſil. faſcia venoſa & carnea cincta, ubique valde pellucida & nitida. *Bonanni n.* 352.

14. Subflava, plana, tenuis, utrinque a roſtro ſinuoſa. *Liſt. Tab.* 300. *f.* 137.

15. Tellina alba, craſſa ad dorſum, extra purpuraſcens. *Liſt. Tab.* 408. *f.* 254.

## GENUS VI.

## *TELLINA MURICATA.*

§. 402. Species:

Interim tamen Historia Academiæ Regiæ levitatis arguit celebres rerum phyſicarum & naturalium cultores, aliosque viros curioſe doctos; abſolute negans, teſtam in ipſo generari ovo; verba, ſic ſonant: Jusqu'ici les curieux ont été aſſés touchés des coquilles, de leur prodigieuſe varieté, & de la regularité exacte de leur ſtructure, de la beauté & de la vivacité ſinguliere de leurs couleurs, de la juſteſſe de leurs compartements, à peine imitable au Pinceau; mais *les Phyſiciens* ne leur ont pas rendu, pour ainſi dire, aſſés de juſtice, & ont trop negligé, de les conſiderer en Phyſiciens, & d'étudier leur formation. Apparemment ils ont crû, que comme les coquilles, ainſi que les écailles des Ecreviſſes, ſont des Os exterieurs pour tous les animaux qu'elles couvrent, il falloit le regarder comme parties de leurs corps, & comprendre cette merveille dans celle de la formation generale des Animaux, incomprehenſible à tout l'Eſprit humain. Ils ont donc ſuppoſé, que l'Animal & ſa coquille nâiſſent du même Oeuf, & ſe developoient enſemble, & ils ſe ſont contentés d'admirer, que la Nature eût fait des demeures ſi bien travaillées & ſouvent ſi pretieuſes pour de ſi vils Animaux. Mais cette ſuppoſition n'eſt que commode, & quoi qu'aſſés vraiſemblable, elle eſt *nullement vraye.* L'Animal nâit de ſon Oeuf, mais non pas la Coquille, qui eſt une merveille à part. Celeberrimus Reaumurius nuspiam taxando redarguit de rebus phyſicis viros meritiſſimos; loquitur de ſemidoctis vel indocte curioſis; „ La plûpart de ceux, que les beautés de la „ Nature touchent, ont mis leurs ſoins à en aſſembler le plus, *qu'il* „ *leur à été poſſible*, chaque nouvelle coquille fourniſſant de nouveaux „ attraits à leur curioſité; leurs cabinets ne contiennent qu'une par„ tie de celles qui parent l'univers, & en ont toujours de reſte pour „ exciter l'admiration de ceux, qui ſavent admirer, mais il ſemble, „ qu'on ſe ſoit borné à contempler ce bel ouvrage. —— Veriſimile enim nobis videtur, virum celeberrimum in ſupra fatos autores non incidiſſe, ex verbis quæ ſequuntur: „ perſonne, *au moins que je ſça-* „ *ché*, n'a expliqué, *de quelle maniere il eſt produit;* de ſorte que

Cum Celeb. Reaumurio.

*n'aiant*

„ *n'aiant pas trouvé à m'en inſtruire chez les Auteurs*, j'ai conſulté
„ la Nature elle même par diverſes experiences." (*a*)

(*a*) *Memoire* 1709. *p.* 365.

§. IX.

Placuit viro perilluſtri, inverſum naturæ ordinem ſequi, & ante augmenta vel incrementa teſtarum, quam harum formationem docere (*a*) experimento, quo juxta varia & terreſtria & aquatilia conchylia uſus eſt. Pertudit (nimirum) teſtas (*b*), & interpoſita inter foramen atque corpus pellicula, fruſtum ablatum infra eam continuo reſtitui didicit; ſimiliter cum exteriorem teſtæ partem avelleret, ut reliqua corpori *limacis* tegendo non amplius ſufficeret, atque *cuticulam* complicatam *extus & intus* teſtæ agglutinaret, avulſam partem nihilominus reſtitui annotavit, indubitato teſtimonio, quod cochlea continuo tranſpiret materiam lapideſcentem, quæ non abeat in liberum aërem, ſed vulneratam teſtam reſtituat; quod aliter fieri non poſſit, quam per juxta poſitionem. Non obliviſcemur *infra penitius introſpicere in hoc experimentum* (§. XXXVIII. XXXIX.), quod naturalem ordinem ſequi malumus, & doctrinam de formatione teſtæ primo loco nobis familiarem reddere.

Dni. REAUMURII experimentum.

(*a*) *Quoiqu'il parût d'abord naturel d'expliquer de quelle maniere les coquilles des Animaux ſont formées avant de parler de leur accroiſſement, je ſuivrai ici un ordre contraire* Mem. p. 365.

(*b*) *Ita verba ſonant in* Actis Erud. Lipſienſ. 1712. p. 147. *Verum verſio:* des Limacons de jardin (*cochlearum terreſtrium, vel hortenſium*) *in* Limaces, *nobis non arridet; quod* limaces *&* cochleæ *toto cœlo ab invicem differunt: ſunt enim limaces, nomine proprio, animantia anteriore quidem corporis parte cochleis ſimilia, ſed nuda, nunquam teſtam induentia, nedum formantia; Germanice:* Nackte-Keller-Erde-Mauer-Schnecken.

Limaces non ſunt cochleæ.

§. X.

Expedita res eſt, quod & animata & inanimata corpora (ut vegetabilia) imo certo reſpectu lapides in liberum aërem tranſpirent;

faciles

faciles quoque ſumus, dari ſpeciem Atmoſphæræ circumcirca corpora continuo tranſpirantia, quam tamen Dnus REAUMURIUS adeo non urget, & HISTORIA eum ſaltim in finem in medium proferre videtur, ut appareat, qua ratione Teſtacea præ reliquis animalibus tranſpirent. Horum materia evaneſcit in libero aëre, illorum condenſari dicitur materia exudans; quod enim vi teſtacea eſt donata, petrifieri poteſt in libero aëre, ità, ut formæ corporis accommodata thalamum figuratum vel domunculam efformet ſic ſolidam, ut ab injuriis liberum animal in teſta requieſcat veluti in cellula portatili, quæ præter materiam exudantem, ex qua conflata eſt, cum animali nihil amplius commune habet. Differentia igitur inter Conchylia & reliqua animata ponitur in eo, quod ſubſtantia, quæ tranſpirat, diverſa eſt; cochlearum ſcilicet, præ aliis animalibus, lenta, viſcida, & lapideſcens (*a*), non avolans in aërem; materia vero reliquorum corporum in liberum aërem abeat. Sic eſt; nam alias arboris materia tranſpirans, ſi non avolaret, lignea eſſet, vel potius corticis naturæ, quod extrema pars arboris in libero aëre cortex eſt, & per juxta poſitionem creſceret arbor, non per intus ſuſceptionem, minimum qua corticem, quo veſtitur; ſed unde eſt, quod fungorum ſubſtantia materiæ expulſæ, ſatis quidem denſæ viſcidæque, evaneſcat? quod *Limaces* æque ac cochleæ in viis ſalivam & glutinoſam materiam poſt ſe relinquentes, ex denſa viſcidaque ſubſtantia domunculas ſibi non conſtruant? ſed forte non eſt lapidificantis naturæ, etiamſi ſit lenta, viſcida & perlacea.

Quomodo TESTACEA tranſpirent præ aliis animalibus, ſecundum Dnum REAUMUR.

(*a*) *Cette difference vient de la differente ſubſtance, qui tranſpire; celle, qui ſort des Limaçons eſt visqueuſe & pierreuſe*, Hiſt. p. 18.

## §. XI.

Mittimus pro hac vice vegetationem oſſium, quæ carne corporis tecta augmenta ſua capiunt, ab initio cartilagineæ ſubſtantiæ. Quæſtio modo eſt de origine & incremento *cochleæ Teſtæ*, ſive de partibus, quæ ſucceſſive teſtæ *in aëre libero* accedunt per juxta poſitionem, & quidem virtute cujusdam atmoſphæræ, quæ originem trahit ab exhalatione corporis, & conſtanti ratione circumcirca animal ſubſiſtit *lenta*, *viſcida* & *lapidificans*. Jam STENO (*a*) in mentem ſibi revocaverat, *ambiens fluidum aëris* exteriori ſuperficiei teſtulæ inſerviens; quod vero illico removit. Sunt ejus verba hæc: „ De

„ maxi-

„ maxime vero externa teſtula dubitari poteſt, an ambiens fluidum aëris exteriorem ejus ſuperficiem tetigerit, an vero *aliqua membranula* tecta fuerit? equidem hoc *poſterius tantum verum* eſſe credo, quod omnium aliarum teſtularum fibras, quo tempore concreverint, ab ambiente fluido factas non fuiſſe conſtet: quod in NB. *hirſutis*, chamis dictis, aliquod tanquam *corium* extrinſecus ſuperinjicitur; ſed quæritur de re ſenſili, & dici poteſt, fibras primæ teſtulæ tantum induratas fuiſſe, dum adhuc NB. *in ovo latuit.*" Et in prodromo ſcribit: Diu *intra ovum* jam tum induruiſſe primæ teſtulæ fila. Ut autem nobis conſtet, quid ſibi velint *teſtulæ* & *fibræ & fila*, autor (*b*) præmiſerat „ Teſtas (oſtrei) ex toto poſſe reſolvi in *exiguas teſtas*, illas autem *teſtulas* in *fibras*. Iſtas *fibras* duorum eſſe generum à ſe invicem *differentes* & *colore* & *ſubſtantia* & *loco*. In exiguis *teſtulis* ſuperficiem infimam & ſuperiorem nihil aliud eſſe, niſi *extremas partes fibrarum;* at teſtularum limbos, ſive ambitus ſuperficies conſtare ex *lateribus fibrarum* earundem *teſtularum.*" Quam STENONIS obſervationem LEEUWENHOEKIUS (*c*) confirmat, fibraſque *Stenonis* vocat *fiſtulas*, verbis. „ Hæc putamina, prout perſpicere potui, conſtarent ex fiſtulis admodum *per ſe mixtis;* quod quodlibet horum putaminum ad magnitudinem juſtam perveniret ex protruſione ſive propulſione parvorum ſubfuſcorum *putaminum*, ex *globulis compoſitorum*, atque extrinſecus magna multitudine in *plana conchæ* jacentium, unde *accretio & ipſarum* quoque fit *fiſtularum origo* (*d*)." Supra *Steno* ſententiam ſuam comprobaverat teſtis *chamarum* (imo *buccinorum*, *muricum*, *muſculorum* & *innumerorum* aliorum conchyliorum) ſuperinducto corio hirſutis ſcabriſque. Hæc animantia æque tranſpirant ac alia generis teſtacei; cum autem tranſpirans materia viſcida & petrificans dicitur, in liberum aërem non abiens, ſed atmoſphæræ ad inſtar corpori vicina ſubſiſtens, mirum eſt, quod extrema teſtæ ſuperficies coriacea, ſub quo corio demum craſſiſſima teſta gignitur, libero aëri non expoſita; ſic in cœnis noti mytuli (muſculi) externe membranas (het bovenſte vliesjen/ *Rumphii*) habent, quæ induvia pro recreatione mentis & oculi, vel cultro, vel lima, vel aceto

De fabrica teſtarum STENO.

LEEUWENHOEKIUS.

(Teſtæ corio tectæ.)

(*a*) *Tract. de ſolidis in ſolidis.*
(*b*) *De fabrica teſtarum.*
(*c*) *Obſerv. Micr. P.* I.
(*d*) *Plura infra, ubi curatius* ſtructuram *teſtarum intuituri.*

Ff

to tolluntur. Dixeris itaque materiam ejusmodi teſtaceorum tranſpirantem aut *coriaceæ*, aut & *coriaceæ* & *lapideæ* naturæ; ex altera corium, quaſi perioſteum membranoſum, ex altera teſtam ſub ipſo corio generari; ſed tunc exulabit juxta poſitio, & teſtæ vegetarent uti oſſa (*e*).

(*e*) Du Hamel, *mem. ſur le developp. & la crue des anim.* 1742. *p.* 350. *geneſin oſſium cum vegetatione arboris analogice explicavit :* „ *Pour établir une analogie admira-* „ *ble entre le vegetal & l'animal* — *fundamentum ponens in eo :* „ *que les os ſont enveloppés par une membrane, qu'on nomme le* perioſte, le corps ligueux *des arbres l'eſt par l'écorce.*

## §. XII.

Iſtorum ſententia comprobatur.

Omnium conchyliorum Geneſin in ovo unam eſſe eandemque, nemo negabit (*a*); jam vero ſupra fidem dedimus laudatis autoribus, qui fœtus oſtreorum, muſculorum & cochlearum non nudos i. e. non imperfectos, ſed teſta integra, perfecta, tenera quidem, uti par eſt, intra ovorum putamina obſervarunt, & ex ovis ſolverunt; imo neminem proprii fruſtrabuntur oculi, cochleas hortenſes cum dermate teſtaceo, ſecundum omnes dimenſiones integro & perfecto, ex ovis ſuis prodire. Videatur *Tabula a Marſillio tradita;* ubi num. 1. ovum merum, 2. apertum, ſed ſine ullo principio animalis, atque ſolum albumen emittens. 3. Animal jam perfectum & teſta coöpertum, partui vicinum. 4. & 5. Cochleolæ ex ovo jam fracto emergentes. 6. Ovum fractum, ex quo omnino jam prorupit animalculum, teſta vacua, aliquantum contracta & corrugata. Quin & a noſtris experimentis tantisper recedentes, inſuper provocamus ad teſtulas minutiſſimas emortuorum conchyliorum littoris Ariminenſis (*b*). Uberrimam eorum ſege-

(*a*) *Ne ſuffiroit il pas à un phyſicien d'avoir expliqué, comment une plante croit, de quelle maniere ſe fait la nutrition dans un animal, pour en conclure, ou plutôt afin que tout le monde Philoſophe conclût avec lui, que c'eſt ainſi, que toutes les plantes croiſſent, que la nutrition ſe fait de la même maniere dans tous les animaux.* Dn. Reaum. Mem. 1709. *p.* 367.

(*b*) *Conf. inſuper* Janum Plancum de conchis minus notis.

ſegetem habemus, ex liberalitate humaniſſimi *Planci;* collegimus (præter reliquos buccinorum, cochlearum & concharum fœtus vix ac ne vix quidem excluſos) multitudinem cornuum Ammonis; horum unitates 525, ſingulæ trium vel quatuor gyrorum, pondus æquarunt $5\frac{1}{6}\frac{1}{4}$ gran. Nemo autem, re experta, crederet, vel ejusmodi cornicula ammonis ſine teſtis in conſpectum ventura. Cum autem certo certius animal cum teſta ſua jam ſit in ovo, vix ac ne vix quidem materiam tranſpirantem ex corpore animalis in ovo, & quidem lapidiſicantem, concipere licet, quod liber aër ad tranſpirationem requiritur, quem ad cochleam in ovo non admittimus, & vel homuncioni, vel pullo gallinæ in ovis denegamus.

Cornua Ammonis valde exigua.

§. XIII.

Ex præmiſſis colligimus, quod animalculum cum propria ſua & perfecta teſta ex ovo excludatur, teſtaque animalis ſit pars conſtitutiva in ovo formata, ideoque non ſeparatum eſt opus nec animalis nec liberi aëris; ſic cochlea ſine teſta ſua conſiderata non eſt cochlea, & limaces teſta præditi, deſinunt eſſe limaces; prout animal quodcunque cutaceum vel coriaceum deglupta cute deſinit eſſe animal integrum. Antequam ulterius procedamus, monemus, quod in cochlidibus turbinatis *caput animalis Domiportam* reſpiciat, quæ in ampliſſima i. e. extima ſpira patet, ſicque extrema corporis pars in prima i. e. *minima ſpira* terminatur; unde eſt, quod in turbinatis corpus animalis *natura ſpiralem* quamcunque *formam* habet, cujus figuram circumvolutio teſtæ deſcribit. In cochlidibus volutis, prout & in conchis, corpora ſunt vel convexa aut conglomerata, vel quaſi complanata & convexa apparent. Vide Tabulas Listeri, Harderi & Swammerdami citatas infra §. XLII.

Teſta animalis pars conſtitutiva.

Corpus cochleæ in duas partes diviſum conſideratur. Vid. §. XVIII.

§. XIV.

Quod ad internam ſtructuram teſtarum attinet, incidenter §. XI. obſervationes Stenonis & Leeuwenhoekii, quæ huc trahendæ, tradidimus; cum his conferendæ ſunt obſervationes Anton. ab Heyde & Listeri. *Ille* (ab Heyde) teſtas e filis obliquis conſtare ait, & quod increſcant, quatenus inferiori earum ſuperficiei lamellæ ex humore ab animali exudante agglutinantur, ſiquidem teſtæ ex lamellis compoſitæ conſpiciuntur. Hæc ſententia ſyſtemati

De teſtarum ſtructura.

ab Heyde.

mati Dni *Reaumurii* patrocinari videtur; verum mox apparet *Antonium ab Heyde* in explicatione lapſum eſſe, ſi mentem autoris interpretari velis de inferiori *ipſius teſtæ* non *teſtularum* ſuperficie; quod fieri non poteſt, ut teſta increſcat, ubi ipſius inferiori ſuperficiei vel parieti lamellæ agglutinentur: quin potius talis agglutinatio ipſi animali foret fatalis, quod tandem cogeretur teſtam, tanquam carcerem per parietes coadunatos ſucceſſive nimis anguſtum, deſerere, h. e. mortem ſubire. Increſcente enim corpore & domuncula parietes ſuos contrahente ſuffocabitur hoſpes. Recte tamen obſervavit *ab Heyde:* teſtas ex lamellis compoſitas eſſe, haſque e fibris obliquis conſtare; has autem *fibras* STENO ulterius deſcribit, quod qua materiam cum humore animalis conveniant & dupliciter *formari* poſſint, vel *in ipſis poris* (teſtæ ſcilicet) vel, ut verba autoris retineamus, dum ſuperficies animalis aucti major fit ſuperficie jam concretæ teſtulæ, ſic ab eadem recedens partim *in fibras humorem glutinoſum* trahit, qui inter *ambas ſuperficies continetur* (ut fieri ſolet viſcoſis humoribus), partim incrementum ei dat, novum humorem excernendo, maxime ſi illud perpendatur, *nullam* aliam *materiam penetrare* poſſe *inter* dictas *illas ſuperficies.* Diſtinguit autor inter *fibras* & *duplicem materiam*, cujus altera durior, altera mollior, ambæ vero viſcoſæ & fibroſæ ſunt; unde eſt, quod *illarum fibrarum accurata inveſtigatio* plurimum conferat *ad Oſteologiam explicandam*, & quaslibet teſtulas (exceptis ſolis exterioribus) productas eſſe inter *exteriorem teſtam* & ipſum animalis corpus, & per conſequens figuras ſuas non a ſe ipſis, ſed a loco habere: unde etiam evenit, motum animalis & materiæ copiam non raro aliquam in oſtreis figuræ varietatem efficere ſolere. Prout autem oſſa non per juxta-poſitionem augentur, ſed per intus-ſuſceptionem vegetant, quod medullam & canales tubuloſos pro intus-ſuſceptione & vegetatione habent; ſic teſtæ habent ſuas teſtulas ex fibris fiſtuloſis (§. XI.) compoſitas, pro intus-ſuſceptione humoris communicativi cum fiſtulis, unde ad oſſium inſtar vegetare dicuntur, ita ut partes animalis conſtitutivæ ſint; eſtque externa ſuperficies teſtæ vel corio vel membrana plus minus craſſis & tenuibus tecta, perioſteo, ſub quo vegetant oſſa, analogicis. LISTERUS (*a*) pariter teſtulas ſtatuit fibraſque fiſtuloſas, teſtulas conſtituentes; pauliſper circa materiam diſſentiens, ex qua teſtulæ fibræque oriantur; ponitque ſuccum vitalem *in fibras* tanquam *in totidem vaſa excretoria* expulſum, ibidemque ob

(*a*) *Exercit. Anat.* III. *p.* 121.

ob moram, cum jam extra curriculum iſtius ſucci circulati ſit, paulatim induratum; *probationem* exinde deſumens, quod *ſuccus vitalis*, facta animalis ſectione, *leviter coctus in grumum coaleat. & colorem opalinum induat*, *materia* vero, *ex qua teſta condenſatur & indureſcit*, *ſuccus vitalis* ſit *lapidifico ſucco permiſtus;* quod autem ad *fibras* ipſas *teſtulasque* ex iis compaginatas attinet, quod *illæ in ipſo animalis cujusque ortu formatæ* ſint, & quoad *numerum* & quoad *formam*. Huc quadrat, quod STENO *de margaritis* ſcribit: Inter margaritarum tunicas ſive laminas ipſasque teſtulas conchyliorum margaritiferorum ea tantum differentia eſt: Teſtularum in his fibras quaſi in eodem plano ſitas eſſe, margaritarum vero lamellarum fibras in ſphærica ſuperficie diſponi; ita fibræ centrum margaritæ cujusque ex una extremitate reſpiciunt. Pariter *Liſterus* a margaritis ad teſtas concludit, verbis: Conjicio materiam lapideam &c. Jam vero margaritæ non extra animal, ſed in corpore animalis gignuntur & efformantur, ubi nulla tranſpiratio nec aër liber ullo modo concurrunt, ut lapideſactæ dici queant uniones.

Margaritarum tunicæ & teſtularum lamellæ collatæ.

## §. XV.

Præter tot obſervationes & teſtimonia Phyſicorum, *me judice*, quilibet vel nudo oculo obſervare poteſt, teſtas conchyliorum ex variis fibris fiſtuloſis teſtularum conſtare, una cum innumeris meatibus diverſisque cellulis, in quibusdam teſtis ſeſe mutuo interſecantibus. Lima poliantur ex. gr. buccina, cochlides alatæ, caſſides, vel jungantur coti aquariæ, vel dividantur ſerra, & mox apparebunt celluloſi, fibroſi ac tubuloſi canales, ſanè innumeri, miraculoſis gyrationibus ſibi invicem cohærentes; & hæc omnia in interna teſtæ ſubſtantia ultro, in interna & externa teſtæ ſuperficie non niſi juxta calcinatas ad littora teſtas dignoſcenda, analogum quid cum oſſibus animantium exhibent. Conſideranda etiam veniat teſta balani, *vel vulgaris*, *vel balænarum*, cribroſa, pro determinanda interna teſtarum ſtructura perhabilis ad vegetationem, claraque voce obloquens juxta-poſitioni partium ſuarum.

Autorum ſententiæ de ſtructura teſtarum comprobatæ.

## §. XVI.

Ex hactenus dictis colligimus 1. quod animal cum integra teſta ſua ex ovo prodeat. 2. Quod teſta internam ſtructuram in ovo ſemel formatam ad dies vitæ integram ſibi ſervet, non niſi qua volumen ſuum mu-

Hactenus dictorum ſumma.

mutabilem; 3. quod teſtæ ſtructura ſit fiſtuloſa & prout aliorum animantium oſſa ita comparata, ut per intuſſuſceptionem ſucco vitali, alio teſtificante permiſto & diverſimode filtrato frui, ipſaque teſta, communiter ſub viſibili perioſteo membranaceo, vegetare queat; 4. quod hæc vegetatio oſteogeneſi analoga ſit, ita ut 5. teſta cochleæ ſit animalis pars conſtitutiva, qua privata, deſinat eſſe animal integrum & vivum; 6. conſequenter teſta non ſit domuncula cochleæ opusque plane ſeparatum ab animali; unde porro 7. ſequitur, quod non ſit opus extus poſitione, (*a*) nulla collectione materiæ tranſpirantis in libero aëre inque forma athmoſphæræ circum circa corporis partem mollem; nulla 8. ſucceſſiva deſcriptione plurium (*b*) ſpirarum, ne animal nudum ulla in parte corporis ſui careret tegmine ſuo.

(*a*) *Prorogamus adhuc, quid facto animalis* (§. I.) *teſtis accedat.*

(*b*) HISTORIA: *Cela ſuppoſé, prenons le Limaçon, qui ne fait, que d'éclore, & qui eſt dans ſa prémière petiteſſe. Puisqu'une matière, qu'il tranſpire, ſe petrifie autour de lui, il doit ſe faire d'abord une petite envelope proportionée à la grandeur de ſon corps, & comme ſon corps eſt encore trop petit, pour faire un tour de ſpirale, ou du moins un tour entier, cette Envelope ne ſera que le centre, ou tout au plus le prémier commencement d'un tres petit tour de ſpirale. L'animal croît enſuite* ——

## §. XVII.

Per juxta poſitionem

Corpus animalis ex cochlidibus turbinatis natura ſpiralem formam habet (§. XIII. & pluribus infra): nam cochleæ corpus dici nequît, quod non ſit forma ſpirali. Jam ponamus, animal indeſinenter tranſpirare (quod negari nequit. §. X. quamdiu liberi aëris animal particeps fuerit) & materiam, quod lapidifica ſit non abiens in aërem, indeſinenter laminas teſtaceas juxta ponere, neceſſario ſequeretur, teſtam indeſinenter per omnes dimenſiones & angulos augeri, animali licet ad determinatam à natura magnitudinem jam pervento, cum materia exudans, quoad animal vixerit, non ceſſat. Verum enim vero, in difformem molem tum excreſceret teſta, animal autem ex domuncula ſua, quæ dicitur, tandem excluderetur. Si ſuſtine-

Teſta

ſtinere præſumas, materiam tranſpirantem opus ſibi proprium non aggredi niſi in ea regione teſtæ, qua augmento opus, ne ulla pars corporis mollis nudata maneat, incredibilem finxeris induſtriam materiæ tranſpirantis, quacum animal nihil commune habere dicitur. In difformem molem excreſceret.

## §. XVIII.

Sed forte regeſſeris: Teſtæ partem ſpiralem ſemel formatam non amplius augeri, ſed ſucceſſu temporis ſaltim novam ſpiram jungi, & licet ſpiræ cochleæ *juvenis eandem habeant longitudinem cum ſpiris* cochleæ *adultæ*, *eandemque latitudinem*, illas tamen *ab his amplitudine differre.* Verum enim vero extra conteſtationem manebit, corpus cochleæ adultæ idem eſſe corpus, in partibus ſuis, quod eſt cochleæ ex ovo; idemque corpus in duo capita ſumma, vel in duas partes dividi (§. XIII.); in anteriorem, qua comprehendamus caput, collum, quod appellare volupe ſit, plantamque, quæ pro pede habetur; inque poſteriorem partem, quæ interanea viſcerave complectatur: jam vero, ſi animal ſit magnitudinis ſpiræ primæ, ſpiram primam, ſi ſecundæ, ſecundam conſtruere dicitur; opus ſane imperfectum: corpus enim natura ſpirale (§. XVII.) ceſſaret eſſe opertum, vel in ſecunda vel in tertia corporis ſui ſpira, quas interanea incolunt; careret denique thalamo, qui vocatur ab oſtracologicis, i. e. ſpira ultima, vaſtiſſima præ reliquis, pro corporis ſui parte anteriore; nam ſpira prima teſtæ vel ſecunda non ſunt ſpira tertia vel quarta, quæ ſunt thalamus; ergo animal cum ſpira prima teſtæ ſola nudum foret præ reliquis corporis ſui ſpiris ſibi naturalibus. Porro, dividas, quæſo, *buccinum roſtratum craſſum*, *rufeſcens & undatum*, vel etiam *buccinum album*, *læve*, *maximum*, *ſeptem minimum ſpirarum* (*a*) in ſex vel plures ſectiones, & ſupponas velim, teſtam non vegetare, ſed per juxta poſitionem augeri, ſcire geſtiam (habita juſta ratione & proportione buccini vel trium linearum & buccini pedalis magnitudinis) quo devenerint, juxta primam ſectionem, vaſtus qui appellatur venter ampliſſimaque Domiporta, poſtquam teſta aucta fuerit ad usque ſecundam ſectionem, & ſi vel ad ſextam dimenſionem ſurrexerit, qua ratione ſtrombus buccini elongatus, & venter globoſus ac vaſtus, illo non obſtante, ſic ordinate & adeo dilatatus fuerit?

Objectio.

Reſoluta.

(*a*) *Liſt. de cochl. Tab.* 3.

§. XIX.

## §. XIX.

Contra quotidianam enim eſt experientiam, quod cochlea ſua teſta nondum veſtita prodeat in lucem (§. I.) teſtaque neutiquam ſit animalis pars conſtitutiva, ex ovo cum animali incrementa ſua capiens, ſed ſeparatum cochleæ editæ opus. Eſt utique quid, quod *teſtæ accedat facto animalis* (§. I. XVI): ſed hoc in errorem te ducere non patiaris; cochlea quippe, *cornua ammonis*, *ſerpentuli*, *ſimilesque* cochlides *amplificant* & producunt, non teſtam integram, ſed, quantum ſatis, *limbum ſpiræ extimæ*, i. e. thalamum partis corporis anterioris, pro ratione, qua animal cum teſta ſua integra vegetat, prout nos porticus noſtras pro ratione domus vel incolarum amplificare ſolemus, relicta domo integra; opus omnino ſingulare, quod facto animalis fit, ſed non mediante materia, quæ ex corpore animalis tranſpirat, verum *mediante ſaliva ex ore eructata*. Hæc *ſaliva* Scheuchzero audit *ſanies glutinoſa*, Græcis μύζα κοχλιῶν, mucus cochlearum, Plinio, *ſpuma* & *ſuccus*, de qua Listerus: „ quæ, uti in cochlea obſervari licet, ſi *non continuo eructatur*, *dum* „ *loco ſe movet in alium*, *animal* propria *ſaliva teſtificante implici-* „ *tum loco adfigeretur;*" Unde eſt, quod ab Athenæo (*a*) cochlea ſimilisque cochlis terreſtris (nam aliter ſeſe res habet circa teſtacea aquatica & pelagia) ὑγροκέλυθος, *humidis viis animal*, appelletur (*b*).

*Quid facto animalis teſtæ accedat.*

*Saliva quid?*

(*a*) Lib. II. c. 22.

(*b*) Fab. Col. de Purpura C. 2 §, 3. *copioſam extuberantem ſatis atque veluti* cartilagineam ſpumam vitream *fundere ſcribit*, *non ſecus ac aqua diluta ſapone multo & concuſſa*, *atque paleæ vel alterius rei exigua fiſtula intincta & inflata paulatim evenit; conf.* Aldrov. de Teſtac. p. 107.

## §. XX.

*Definitiones Cochlidum. Cochleæ. Stromborum. Buccinorum.*

Per *cochlides* autem intelligimus: quosvis canales teſtaceos circa principium clauſum in gyros gradatim vaſtiores conſtanti ratione circumactos, vulgo *univalvia.* Sic *cochlea* nobis audit: *cochlis ſimplex*, conis obtuſis & inclinatis quodammodo ſimilis, ſpiris pluribus, iisdemque excentricis, contorta. *Strombi* ſuut cochlides ſpirales, in conum valde acutum & longum contortæ. *Buccina* autem ſunt ſtrombi

bi in ventrem ultimæ ſpiræ globoſum & vaſtum dilatati, ore ſubrotundo, breviter canaliculato, & ſic porrò; omnes ex ipſo ovo in luce diſtinguendæ & cognoſcibiles. Infinite itaque (ut ita cum vulgo loquar) minores ſunt ſpiræ, ex. gr. cochleæ ex ovo, præ ſpiris cochleæ trium vel quatuor annorum, ſive illius diameter ſcrupulum, ſive hujus diameter uncias adæquet; conſequenter duæ priores ſpiræ cochleæ juvenis minores ſunt prioribus ſpiris duabus cochleæ adultæ, nec tamen ætas teſtæ provectior abſorpſit teſtam ex ovo, neque metamorphoſi quadam transmutavit, ni crederes animal minorem teſtam deponere, prout aſtaci deponant loricas ſuas, ſibique ex materia tranſpirante quotannis novam conſtruere. In *cochlide compoſita* ſyſtema Dni *Reaumurii* longe difficilius admittitur: eſt autem cochlis compoſita, in qua duplex teſtæ circumvolutio, ita ut ex duabus cochlidibus videatur compoſita; ex. gr. *Fuſus longus* conſtat parte poſteriore ex ſtrombo, anteriore vero ſive ventre vel thalamo ex voluta; in hac cochlide 2. vel 3. linearum, qua partem poſteriorem, nec plures, nec pauciores ſunt ſpiræ vel ſectiones, quam in ſimili cochlide longitudinis pedalis, nec laborat animal unquam nudo corpore ab ipſo ovo; ergo una cum animalis partibus mollibus vegetavit cochlis in ovo, ex quo teſta perfecta tandem prorupit. Veritas cadet in oculos, inſpecta Tabula noſtra in §. XXXII. explicata, qua opuſculo huic ſubjuncta delineatas exhibemus, ope microſcopii, ab ipſis incunabulis cochlides recenter editas.

(Spiræ ex ovo minores præ ſpiris teſtæ adultæ.)

Cochlidis compoſitæ.

(Spiræ nec plures in adultis, quam in teſtis ex ovo.)

## §. XXI.

Progredimur ad cochleæ, quod vocatur COLLARE (*a*); hoc ex mente Dni *Reaumurii* primarium inſtrumentum ad teſtæ opus concinnandum appellatur; unde ex materia tranſpirante vel nova fit ſpira, vel ex attritu *maculæ*, ſi forte nigra imbutum eſt, curva ſive ſpiralis ducitur linea nigra. Eſt autem COLLARE cochleæ, & quarundam aliarum cochlidum, imo nonnullarum concharum valvis inæqualibus, *Orbita coriacea* corpus animalis in duas partes dividens, ſicque in medio corpore conſpicua, teſtæ circum circa internum parietem adeo arcte juncta, ut continua ipſi videatur, & ſine interitu animalis a teſta diſſolvi nequeat; corpore anteriore animalis intra teſtam con-

COLLARE cochleæ

quid ſit?

(*a*) *Quod in oſtrocologia appellatur* limbus, labrum *ſive* velabrum *cochleæ*.

contracto, ſolum viſui expoſita; orificium inteſtini recti quodammodo referens, ad cujus latus alterutrum eſt exitus ſat patulus excrementorum; coloris plus minus albi, cineritii, fuliginoſi, citrini, vel flavicantis. Quando cochlea, mediante planta (pes vocata, Breite-Fuß) lentiſſimo quidem reptatu loco ſe movet in alium, corporis anterioris partes, ſcilicet *caput cum cornubus* (vulgo) *collum oppoſitum plantæ* continuæ, & pone plantam, *non quidem collare*, ſeu circulus dictus cartilagineus, ſed gibbus quidam diſtinctus & parvus conſpicui ſunt: de parvi hujus gibbi partibus internis conſule WILLISIUM, STENONEM, AB HEYDE, LISTERUM, aliosque phyſiologos. Retineamus nomen COLLARE, *Gallis:* Collier; *Germanis:* Halß-Kragen/ eoque lubentius, quod LISTERUS (*a*) *collare in Domiportis cartilaginoſum* appellat, *ejus* ſimul indigitans *uſus* alios: de copioſo ſcilicet rugarum muco, de liquida ejus materia, inprimis operculo teſtæ efformando inſervientibus; de quibus plura ſuis locis. Ad idem COLLARE fortior & vel ſola tranſpiratio materiæ teſtæ formandæ inſervientis collocatur.

Gibbus cochleæ.

Dn. REAUMURIUS ad collare ſolam tranſpirationem materiæ collocat.

(*a*) *Exercit. anat. in qua de cochleis.*

## §. XXII.

Hujus ſententiæ examen.

Non negamus, quod animalia ex una corporis parte præ reliquis fortius aliquando tranſpirent, ex. gr. juxta *collare* cochleæ; ſed materia, quæ exudat, neque ſolius eſt collaris, ſed integri corporis eſſe debet, neque rugarum vel papillarum mucus eſt ipſa materia, quæ pro conſervanda vita animalis tranſpirat; ſic exhalatio vel tranſpiratio & frictio vel attritus unum idemque non ſunt; plus eſt in frictione, quam in tranſpiratione. Si partes rugoſæ & papillæ collaris comprimuntur, uberrimam materiam, ſalivæ oris cochleæ ſimillimam, reddunt, quam non dixerim materiam, quæ exhalat vel tranſpirat; idem fit, ubi animal anteriores quidem corporis partes exſertas, ſed vel digito hominis inciviliter tactas, rurſus intra teſtam & quidem tam alte abſcondit, ut non niſi circulus ille cartilaginoſus, qui collare dicitur, orificio coli ſimile, in conſpectu maneat. Interim tamen magnam probabilitatem præ ſe ferre videtur, quod in medium profertur *de colore nigriſque maculis* COLLARIS; ſi ſcilicet collare ſit flavum vel citreum, aut ſi materia ex collari exudans ita ſit comparata, ut novam ſpiram

ſpiram faciens hanc flavo ſimul colore imbuere queat, maculasque inſuper habeat collare, quæ tandem ex. gr. vel nigram lineam ſpiralem vel maculas in ſpiram actas pingant. De hujusmodi phænomenis infra mentem meam explicabo. Hoc loco libenter ſcirem: unde concurrant diverſi mixtique colores in pennata vel ſquamata pictura *Buccini Tritonis*, *Caſſidum Valvatarum*, *Trochorum*, innumerarumque aliarum Cochlidum & Concharum, inprimis *volutarum*, & inter has, quæ vocantur, *Admiralium?* Volutæ incomparabilis, quam ſemel vidi ſub nomine *Cedo nulli?* Cum tamen omnium *Collaria*, vel partes corporis loco Collaris habendæ, valde *ſimplicia* & *neglecti* ſunt *coloris*. Notiſſima eſt concha cænarum ſive *muſculus vulgaris;* animal vel albicantis vel flavicantis vel aurantii coloris; ſed unde eſt, quod parietes valvarum internæ ſordide margariticæ, extus vero, & quidem hyeme nigricantis, æſtate cyanei vel ſubcærulei coloris? Quis penicillus pinxit *pectines chamasque?* Unde porro, quod pretioſi *Amuſii* ſupera valva ab altera parte polita & hepatici, ab altera coſtoſa & lactei coloris, inferior autem valva tota nivea? Si ſcirem, qui fiat, quod poma in corticulis multifarie picta, cum omnium pulpa vel albiſſima vel ſubalbida ſit, non heſitarem explicare picturas conchyliorum ſimulque plumarum, quibus gaudent papiliones erucarum. In eo cum celeberrimo *Reaumurio* convenimus, quod ſi natura animalis ita comparata, ut teſta, (quam partem animalis conſtitutivam diximus) ſit flava vel cærulea, vel aliter, vel multicolor, naturam ejusmodi cochlidis heterogeneum colorem nullatenus admittere, quin cochlis ſecundum naturam ſuam ſpecifice colorata ex ipſo prodiret ovo.

Exemplis illuſtratum.

Natura cochlidis colorem heterogeneum non admittit.

## §. XXIII.

Corpus cochleæ in ovo formandum, tanquam ens compoſitum, ſine eſſentia concipi non poteſt, quæ conſiſtit in modo, quo ex natura, vel vi activa cochleæ, partes ipſi propriæ, non aliæ, junguntur; cum autem tempore excluſionis cochlea integra i. e. animal, quæ cochlea eſt, cum teſta integra prodit, ſequitur teſtam cochleæ propriam, tanquam partem conſtitutivam animalis, ejus naturæ vel vi activæ tribuendam eſſe, qua illa reliquis partibus animalis per eſſentiam corporis cochleæ juncta; ita ut recte dicatur teſta Os (in quo defixi ſunt muſculi) *cochleæ ſua natura proprium*, prout recte dicitur tegmen *teſtudinis* oſſeum, quocum animal ex ovo prodit & in quo defixi ſunt muſculi ejus, *Os* Teſtudini ſua natura proprium; conſequen-

Quid per naturam cochlidis intelligatur.

Teſta os cochleæ.

Teſtudinis os.

ſequenter teſta tanquam opus ſeparatum, vel tanquam proprie domuncula animalis, concipi non poteſt, quod contra eſſentiam & naturam cochleæ eſt. Si verum eſt hoc, nulla intercedit difficultas, qua ratione ex *commotis* in artificioſiſſimis & corpori cochleæ adæquatis vel ſubtiliſſimis vaſis, *compoſitis*, *filtratis*, *rurſus mixtis & attenuatis*, demumque per *fibras*, *tubulos*, *fiſtulasve*, *transmiſſis depoſitisque determinatis ſuccis* COLORES *in teſtam introduci poſſint*, quibus a natura tinguntur & pinguntur corpora colorabilia vel cutacea, vel piloſa, vel plumoſa, vel teſtæ vel proxime ad teſtas accedentia, ſcilicet ſquamoſa: imo, ex liquido lacteo tandem generatur ſanguis purpureus.

Colores in teſtam introduci poſſunt.

## §. XXIV.

Objectio de vi motrice

Forte dixeris: Exhalationem etiam ſupponere vim motricem; igitur per vim motricem ſtabiliri tranſpirationem materiæ, quæ ſecundum ſyſtema Dni *Reaumurii* teſtificantis naturæ eſt, in libero aëre non evaneſcens, ſed præ aliis animalibus circum circa corpus, atmoſphæræ ad inſtar, perdurans, augmenta teſtæ conciliat, unde recte dicatur teſta opus cochleæ ſeparatum; colores vero, quandoque ſingulares, attritui partis corporis quæ *collare* dicitur tribuendos eſſe. Verum enim vero, prout in motu nihil reale exiſtit, niſi conatus, ſic gratis ſupponitur ejusmodi qualitatibus donata materia commota & exudans teſtificantis naturæ, inque libero aëre circum corpus perdurans; omnibus animantibus tranſpiratio communis eſt, proficua & neceſſaria ad vitam; ſi impeditur, damnum mortemque involvit; itaque materia, quæ exſpirat, quid ſuperfluum inutile plane & nocivum eſt, neceſſario removendum, ut ſubſiſtant motus vitales; hinc res aliter ſeſe habere nequit in cochlea. Quidni autem & materia teſtudinis tranſpirans vel Armadhilli, aut Diaboli ſinenſis, corneæ eſſet ſubſtantiæ, &, prout materia cochleæ dicitur, in liberum aërem non avolans? Difficulter enim, quæ tranſpirat, materiam lentam, tenacem, tractuoſam & petrificantem mente concipere poſſum; facilius quidem leviculam pronamque ad exudationem, in corpore vel ſupervacaneam, vel, ſi non tranſpirat, omnino frivolam & nocivam. In arborum foliis primarius præparatur ſuccus nutritius, filtratur & ſtipiti ramisque communicatur, in quem finem folia habent utriculos coſtasque, ad inſtar venarum arteriarumque, vel potius vaſa nervis ſimilia fibroſa & fiſtuloſa; tandem decidunt folia, nullius amplius uſus; quamdiu autem perdurant, tranſpiratio ad vegetationem neceſſaria foliis denegari

resoluta, qualis materia tranſpiret.

De foliis arborum.

gari nequit, uſque dum ſuccus nutritius nondum fuerit abſolutus; jam vero nemo materiam, quæ tranſpirat, cum materia ſucci nutritii pro una eademque materia habebit, quin potius illam, tanquam inutilem & nocivam, in aërem abiiſſe pronuntiaret. Revocemus nobis in memoriam, quod ſuperius de ſtructura teſtarum, & animalium teſtaceorum diverſis ſuccis, diximus; teſtas ſcilicet in teſtulas, hasque in fibras ſive vaſcula fiſtuloſa & tubuloſa reſolvi, earumque ſubſtantias affinitatem habere cum ſucco vitali animalis, quem, punctato animali, obſervare & à ſucco teſtificante ſalivæ vel ſponte eructatæ, vel vitali ſucco permiſtæ, diſtinguere licet, tunc potius intus-ſuſceptio, quam juxta poſitio teſtæ nobis ſubolebit, ut præparati accedamus ad modum, quem infra Rumphius (§. XXVIII.) proponet; quod jam extra dubium poſuiſſe confidimus, cochleam cum *integra teſta ex ovo* prodire. (§. XIX. XXIII.) Subſtantia teſtularum cum ſucco vitali collata.

## §. XXV.

Poſito autem, non conceſſo, COLLARE cochleæ, quod dicitur, teſtam pingere, ductusque ſpirales a punctis vel radiis *collaris* originem trahere, ſequeretur nihilominus tamen, teſtam abundare modo dictis vaſculis, unde ſit, quod ſuccus *collaris* puncti vel radii nigri, adhibita frictione juxta ſpiram noviter conſtructam (nam Dn. *Reaumurius* cochleam ex ovo cum integra teſta prodire recuſat) eandem ſpiram penetrare poſſit, ut ſpiralis linea indelebilis maneat: quodſi vero urgeamus animal cum integra teſta in ovo, nobiſcum non conveniemus, qua ratione *intra ovum*, *exſerto animalculi collo*, & *pumicante collari*, vel prima, quam collare non attingere poteſt, vel ſecunda ſpira aut conſtrui aut pingi poſſit: inſuper ſyſtema incomparabilis *Reaumurii* circa teſtas *circinatas*, *clathratas*, *feneſtratas*, *plicatas*, *muricatas*, veriſimilitudinem vix ac ne vix quidem admittit, cum e contra per ejusmodi teſtas interna omnium ſtructura, ex vaſis videlicet tubuloſis & ſuſceptibilibus, explicari queat, quibus mediantibus ſuccus nutritius pro figura, magnitudine, partium ſitu & loco totius in integram teſtam introducatur, fibris teſtularum vel in lineas rectas excurrentibus, vel transverſis, vel ſinuoſis, vel arcuatis, vel reticulatis: pari ratione & colorari teſtas apparet: mixtura vero colorum oritur, quoties ſucci plus minus attenuantur & filtrantur, cui temperaturæ & humores glutinoſi & teſtificantes officia ſua præſtant, cum alius ſit mucus ſalivæ, alius cochleæ vulneratæ, teſtantibus id *Scheuchzero*, *Liſtero*, Collare cochleæ porro conſideratum extra & intra ovum. Qua ratione colores in teſtam introduci poſſint. Saliva diverſa a

muco cochleæ vulneratæ. Succus vitalis.

*ſtero*, *Leeuwenhoeckio*. *Primus* (*a*) ſcribit: Mucum, ſalivæ ad inſtar, ore emittunt, alius quippe eſt a muco, qui ex vulnerata profluit cochlea, cæruleſcente, non ſtatim in cutem vel gluten abeunte. *Liſterus* (*b*) ait: ſuccus vitalis oſtrei aquæ affuſus læviter cæruleſcit, perinde ac in cochlea; & *pag.* 37. ſanguis mytuli *in quibusdam locis rubrum* & *flavum*, & quovis *auro pulcherrimum* colorem repræſentat, autore *Leeuwenhoeckio*. Quod ad me attinet, haud van aducor opinione, poſteriorem corporis cochleæ partem, in qua interanea, utpote tenerrimam, vel etiam ejus extremam partem, ad ſpiram primam, maxime tenellam (quæ in nonnullis cochlidibus plus minus elongato abſolvitur funiculo, *de quo pluribus infra*) proximam eſſe cauſam incrementi & teſtæ & colorum.

Quæproxima ſit cauſa & incrementi & colorum teſtæ?

(*a*) *Phyſica ſacra p.* 911.
(*b*) *Exerc. Anat.* III. *p.* 78.

## §. XXVI.

Quodcunque de interna teſtarum ſtructura in medium produximus, id ſufficienter illuſtravit RUMPHIUS (*a*). obſervatione circa *ſudantes* BUCCINI TRITONIS teſtas; verba ejus translata ſequentis ſunt tenoris: „ Habent mirabilem qualitatem, quæ tamen & aliis teſtis „ communis eſt, quod nimirum pluvioſa tempeſtate tam amplum ſudorem edant, ut guttæ in teſtæ ſuperficie conſpiciantur; id obſervavi & in illis teſtis, quas ultra 16. annos poſſideo. Hoc phænomenon toties apparet, quoties imminet pluvia, licet teſtæ cotidie „ exſiccentur; ut vero nitor earundem externus conſervetur, poſt „ biennium per aliquot horas in muria macerentur teſtæ; quem proceſſum appellamus: TESTIS POCULA PORRIGERE, de Hoorentjes te drinken geven." Hunc ſudorem egomet ipſe ſuper teſtis expolitis, i. e. vel membrana vel cute ſua privatis, multoties obſervavi, nunquam ſuper illis, quibus adhuc integra eſt illa membrana externa, vel corium ſatis craſſum nondum detractum, prout ex. gr. muſculorum, aut buccinorum, aut purpurarum, quibus natura ſua gaudent. Ejusmodi igitur velamina, uti jam diximus, tanquam perioſtea conſideranda veniunt, tolluntque dubium de poſſibilitate, teſtas, quatenus pro oſſibus cochlidum externe collocatis habendæ, ſimili

RUMPHII obſervatio circa cochleas ſudantes.

Teſtæ velamina cum perioſteo comparantur.

(*a*) *Muſ. Amboin. p.* 94.

ſimili quadantenus modo vegetare & augmenta capere, prout oſſa cæterorum animantium: minimum prout indubitata oſſa Teſtudinum vegetant & augentur ſub clypeis corneis pro perioſteo omnino habendis.

## §. XXVII.

Sed urgetur, quod puncta vel radii COLLARIS non meram hypotheſin pro fundamento habeant, verum in ipſos oculos cadant, ſemperque ſub extrema parte lineæ ſpiralis, quæ deſcribenda fuerat, obſerventur, ibidemque Officinam ſuam habeant; pars vero corporis poſterior prope collare, non niſi candidam & ſplendentem materiam edat, ac parieti internæ renidentem albedinem ſuperinducat, unde ſit, quod ſuperficies interna ab externa ſuperficie vel differat colore, vel cum hoc concolor ſit. In medio hæc omnia relinquimus: quodſi vero viſus me non fallat, in oculos mihi non cadunt, vel punctum ſaltim umbratile, vel macula quædam vel illius radii principium in cochlea vulgatiſſima dicolore urticarum, & nihilominus *ſpiras omnes* habet ex lateritio colore fuſcas, latiuſculas tenuesque, & flavicantes etiam teneriores, quæ alternant, non ſolum in externa ſed & in interna pariete conſpicuas, nulla materia vel candida vel argentea interne ſuperinductas, verum integra teſta coloribus transparentibus variegata & ſemidiaphana. Nec mente concipere poſſum, qua ratione punctum nigrum ſpirales lineas nigras, ut ne quidem cum materia teſtificante flavi coloris confundatur niger, per motum (ſi moveri poſſit collare ſpiraliter) vel attritum ad internum parietem, adeo ſcientifice deſcriberet; & qui factum, quod ſpiralis linea fuſca a primæ ſpiræ puncto partis poſterioris cochleæ breviſſima omnes circumvolutiones ad extimam uſque, quæ thalamus eſt, tranſcurrat. Infra uberior *de coloribus teſtarum* materia ad manus erit; in anteceſſum pauca de *incrementis teſtarum*, earumque *eminentiis* ex propoſitionibus perſpicaciſſimi, licet oculorum ſuorum acie demum orbati, RUMPHII conferenda ſunt, quæ propoſitiones attentionem merentur, eoque magis, quo reprehenſionem non promeruit Rumphius, acſi cum Teſtis conchyliorum pro vana gloria vel inani temporis tractatione luſerit, & de hiſtoria animalium teſtaceorum & de re herbaria meritiſſimus.

COLLARIS puncta vel radii in cochlea urticarum non obſervata.

Difficultas lineas ducendi.

§. XXVIII.

## §. XXVIII.

Incrementorum teſtarum modus: Rumphio propoſitus. primus.

ſecundus.

tertius.

Murices teſtarum.

Sufficerent modi ſecundus & tertius.

Monita circa tres modos.

*Triplicem* nobis tradit modum, quo diverſimode teſtæ conchyliorum incrementa ſua capiant. PRIMUM ponit in eo, quoties facto animalis per appoſitionem novæ materiæ teſta augetur (**door een toezet van nieuwe ſtoffe**) & quidem *ad fimbriam vel oram ultimæ ſpiræ;* qui modus muricibus, cochleis omnibusque turbinatis communis eſt. Signanter id obſervare licet in murice, utpote cujus extima ſpira ſemper tenuior & elimatior apparet præ ſpiris poſterioribus. Hujus fabricæ materia tenax eſt lentor, quem per os animal eructat, quique animalis facto in raram abit teſtam, per quadram circiter limbi antiqui ad aperturam vel domiportam teſtæ, qui limbus demum coſtoſus & dentatus redditur; & quidem amplificatio hæc limbi ſucceſſive perficitur, (confer. §. XIX.) SECUNDUS modus obſervatur, non facto animalis ſingulari, ſed per extenſionem teſtæ in ſingula latera angulosve (**door uitrekking over 't geheele lyf naer alle kanten**) non mutato orificio vel apertura, ſed eadem integra ſervata, volumine vero totius teſtæ extenſo; ita vegetant *Porcellanæ* & Cauri vel caudi, qui ſunt ex porcellanis minoribus. TERTIUS modus eſt: per appoſitionem & extenſionem ſimul (**door toezet en uitrekking te gelyk**) quo modo utuntur omnia bivalvia, muſculi, oſtrea & reliquæ conchæ; utpote quarum teſtæ circa limbum facto animalis augentur, ipſæ vero teſtæ vel potius teſtarum lamellæ craſſiores evadunt, augmentum petentes ex tenuiſſimis nervulis (**dunne adertjes**) partim in ſpondylo defixis; ſed notandum, quod vetuſtæ teſtarum partes, ſecundum tres modos, inprimis nonnullarum cochlidum & concharum murices antiqui, minorem patiantur influentiam à corpore animalis præ recentioribus; quod experientia docet, eminentias, ut *murices*, aculeos clavosve, perfectæ ſi franguntur, *nunquam redintegrari*, pro documento, quod *prætenſam materiam tranſpirantem & teſtificantem inter & dictas eminentias nullum intercedat negotium.* Me judice ex tribus modis, quos proponit *Rumphius*, ſufficiunt *ſecundus & tertius*, ut teſtæ amplificentur; quippe murices, Turbinatæ omnes cochlidesve, pari ratione ac conchæ incrementa ſua capiunt; in ſpecie circa modum *primum monemus*, teſtam obtento à natura ſibi determinato volumine, non amplius augeri, ſed animal, in ſtatu quo, vitæ periodum abſolvere; quoad *ſecundum*, quoniam Porcellanæ orificium non quidem in latum, verum in longum ampliatur, amplificari teſtam

teſtam non per juxta poſitionem ſed per vegetationem & intus ſuſceptionem; & quod *ad tertium* attinet, in ſubſequentibus de nervulis tendinibusve, vel *venulis* (quas vocat *Rumphius*) in ſpondylo concharum defixis, pluribus acturi.

## §. XXIX.

Diximus modo materiam tranſpirantem nullum negotium habere cum eminentiis teſtarum. Celeberrimus *Reaumurius* admonefaciens phyſiologos, quod modi, quibus cochleæ incrementa ſumunt, ad omnia animalia teſtis veſtita quadrare debeant, (§. XII. XXXI.) ſupponit in COLLARI *certas eminentias*, quæ prout nigra puncta lineas ſpirales, ita & eminentias in ſupera parte teſtæ operentur. Hæc hypotheſis veriſimilitudine niteretur, dum modo antica corporis pars aſpreto ſimilis eſſet, & conquieſceret, non vero rependo, comedendo, congrediendo divaricaretur, & ſubexplicaretur: ſed poſito, eminentias ſuper teſta ex eminentiis ſuper collari, vel ſuper ipſo collo, aut ſuper integra corporis parte antica oriri, neceſſario ſequeretur, OSTREA MURICATA, SCORPIOS, HAUSTELLA ACULEATA, MURICESque CLAVATOS habere anticam corporis partem *muricatam*, *aculeatam*, *claviculatam*, quod veritate non nititur, imo impoſſibile audit. Idem Doctiſſimus *autor* intermittentia certis anni temporibus incrementa animalis & exinde reſultantia teſtæ interruptæ veſtigia per circulos arborum annuos ingenioſe explicat. Verum enim vero, ſupra plus una vice innotuit quidem, quod animal *extimam* teſtæ *ſpiram* (quæ ejus *thalamus* vel, ex. gr. in Nautilo, ſcaphula, **de boot**, ſive **het ruim des boots** dicitur & pariete intergerino abſolvitur) circa limbum per appoſitionem amplificet, quamdiu ætatem provectiorem & magnitudinem, cum omnia animalia tandem vivere deſinant, non attigerit; ſed augmenta arboris cum hac fabrica comparari nequeunt: novimus enim arborem non per juxta poſitionem, ſed mediante intus ſuſceptione vegetare; & circuli ejus concentrici, fibræ variaque vaſcula tubuloſa, imo folia, in quibus ſollicitius præparatur ſuccus nutritius, nos docent, qua ratione arbor ſua natura vegetet; ſic & teſta cochleæ ſua natura ſingulari gaudet mechaniſmo, quo mediante crementa capiat: hoc quidem ſenſu animalia teſtacea dici poſſunt architecti teſtarum, non quod opus ſeparatum ſucceſſive aggrediantur: quodque cum domuncula ex ovis erumpunt cochleæ, recte dicitur: *que les habitations ſe forment & s'accroiſſent avec*

De eminentiis ſuper teſtis ab eminentiis Collaris oriundis;

Quæ hypotheſis fallit.

Incrementa teſtarum an cum arboris vegetatione conferenda.

Quo ſenſu teſtacea dici poſſint architecti teſtarum ſuarum.

*avec leurs Architectes.* Superſedemus exemplis a putaminibus avium ovorum, ab oſſiculis ceraſorum, olivarum, prunorum, amygdalorum, perſicorum, ſimiliumque fructuum deſumendis, quibuscum facilius comparari queunt cochleæ una cum teſtis ſuis.

## §. XXX.

Speciatim quædam pertractanda.

Hactenus de formatione teſtæ in ovo (§. XIX. XXIII.) de interna teſtarum ſtructura (§. XI. XIV. XX.) & de crementis picturaque (XXIII. XXV. XXVIII.) earundem ſummatim egimus. Modo ſpecialia quædam perluſtranda nobis ſeſe offerunt, pari lance componderantibus argumenta, quibus ſecundum HISTORIAM Regiæ Scientiarum Academiæ de anno 1719. vel præſtantiſſimus Anatomes Anteceſſor Dnus MERY in dubiis ſuis contra ſyſtema Dni *Reaumurii*, vel ipſe REAUMURIUS pro firmandis theſibus ſuis uſi ſunt. Omnia ſimili, qua nos decet, modeſtia perluſtrabimus, an forte ſingula ad perpendiculum veritatis exigere integrum nobis foret. Cum jam comprobaſſe confidimus, cochleam ex ovo cum teſta ſua in conſpectum venire, ſtructuramque teſtarum internam ita eſſe comparatam, ut comprehendere liceat, qua ratione teſtæ per intus ſuſceptionem augmenta ſua, inſpiſſatosque vel attenuatos colorum ſuccos admittere poſſint, eoque certius vegetare queant, quod viſibili plerumque gaudent perioſteo qualicunque, & limbo quidem domiportæ turbinatorum ac bivalvium quid, pro re nata, additur: verum quod hoc (uti in *cochlea*) neque per *intus ſuſceptionem neque ſimpliciter per juxta poſitionem*, *nedum per compactionem*, prout in lapidibus arenariis & ſabuloſis (*a*) fiat, ſed ipſo facto ſingulari animalis, hujus vel illius ge-

(*a*) *Mediante quodam pulvere lutoſo & glareoſo vel ſimili lithocolla; cum non omnes lapides per juxta poſitionem ſint formati. Quippe marmora ſimilesque lapides, ſæpius corporibus heterogeneis, veniſque indolis peregrinæ prægnantes, ſive* montes *ſaxeos, ſive* rupes, ſcopulos ſtratave *conſtituentes, ex magmate quodam, diverſis corporibus plerumque animalium mixto,* ſemel *quidem conſederunt; quæ ſententia non aberrat a ſyſtemate celeberrimi* Reaumurii de formatione lapidum. *Alii autores lapides vegetare dixerunt. Dominus* Bourguet *novum plane & ſingulare introduxit ſyſtema in libello memoriali:* pour ſervir à l'hiſtoire naturelle des petrifications p. 12.

generis, teſtacei. Omnia nunc in clariore luce exponere, ſimulque comprobare allaborabimus, cochleæ teſtam ad quosdam angulos pertuſam utique reſarcinari poſſe, non quidem per juxta poſitionem, ſed prout oſſa fracta coadunantur; itaque cochleam non a juxta poſitione augmenta ſua capere. Forte etiam primariam in quadam corporis parte offenſuri ſumus officinam pro conferendis ſuccis teſtificantibus, unde in ipſam teſtam ex ovo recipiantur, producantur & ad vegetationem ac picturam teſtarum abſolvantur. Teſta pertuſa reſarcinanda, prout oſſa fracta. Primaria officina vegetationis.

## §. XXXI.

Procul ſit a me, ut vel in mentem veniret, tantum mihi in rebus phyſicis tribuere, quantum & Dn. Reaumurio & Dn. Mery debetur; intempeſtivum tamen eſſet, non proſequi velle opinionem experimentis confirmatam philoſophando, unde rerum naturalium ſcientia locupletetur; ſic non diſſentire videbimur; ſed evolvendam veritatem in agitata cauſa curæ cordique habere cordati viri judicabuut. Doctiſſimus MERY in dubiis contra ſyſtema Dni REAUMURII, magni hujus viri ſententiam ſequitur: Cochleam adultam ſpiris *numero pluribus inſtructam eſſe præ cochleis ex ovo, & circumvolutiones ſpirarum primas in cochlea juvene non eſſe minores præ circumvolutionibus in cochlea adulta;* ſed ſimul infert, id aliter ſeſe habere juxta valvas vel conchas muſculorum, qui in cænis noti ſunt. Diſtinguit itaque Dn. MERY inter cochleam ex cochlidum ſive univalvium, & inter muſculos ex concharum ſive bivalvium numero. Hanc diſtinctionem vero Dnus REAUMURIUS non admittit, quod omnium oſtracodermatum geneſin unam eſſe eandemque (*a*) conſequenter formationem teſtarum muſculi inter & geneſin cochleæ teſtæ perfectam intercedere analogiam, *& quidem recte*, ſtatuit: quod ſi enim natura aberraret in alterutro horum animantium, principium a juxta poſitione, vel proxime a geneſi lapidum & metallorum, deſumptum in ſe corrueret. Dni MERY dubia. Omnium conchyliorum geneſis uniformis.

(*a*) *vid. Dn.* Reaumurium ſupra §. XII. & HISTORIAM: *Il n'y à point de phyſicien qui n'etende de lui méme, ce que nous avons dit des coquilles des Limaçons, à celles de tous les animaux, qui en ſont revetus.*

## §. XXXII.

Cochlea in ovo tot habet ſpiras, quot adulta. Facultas in anteriore, In poſteriore corporis parte. Bucci-num conſiderandum.

Non ſolum (§. XX.) volumine minor extra ovum, ſed & minima cochlea in ovo, totidem habet ſpiras, quot habet ad provectam ætatem cochlea devoluta; omnesque ſpiræ, una cum domiporta, omni ævo corpori animalis ſunt proportionatæ; ſic omnes teſtæ vegetatione augmenta ſumunt, ſalva ſucceſſiva amplicatione limbi, ſive domiportæ, vel thalami, termini extimi, i. e. ſpiræ ultimæ cochleæ, quam anterior pars corporis frequentat rependo & loco in alium ſe movendo, paſtum quærendo, congrediendo, rurſusque intra thalamum, ut deliteſcat, ſubrependo: poſterior vero corporis pars terminos ſpirarum ſuarum nunquam excedit, ſed in illis defixa, interanea animalis tenerrima complectitur. Exempla teſtarum ex ovo præter *Tabulam Marſilli*: (§. XII.) & uterum Buccini *Liſteri Hiſt. Tab.* 881. nec non portionem uteri, *ibid. Tab.* 879. videſis in tabella noſtra adjuncta, non ſolum varias cochlides infinite parvas, ita ut non omnes in naturali magnitudine oculis nudis dictincte aſſequi licuerit Filiæ nobis dilectæ, nedum meis, ſed quoque minutum *cornu Hammonis litoris Ariminenſis erectum, vulgare, ſtriatum, ſiliquam Raphaniſtri perfectiſſime referens*, Jani Planci *de conchis minus notis*, in *lapide Gedanenſi*, rariſſimum exemplum, exhibente: quæ omnia *ſub microſcopio* picta; *A*, portiuncula lapidis eſt, in quo hæret modo dictum corniculum; *B*, idem ſub lente auctum; toris circiter decem; labrum teſtulæ in lapide occultatum ad literam *a*; thalamus vero olim animalculi ſolutus apparet ad literam *b*, cavitatem perbelle oculis armatis exhibens. Adjunximus ſimilia cornicula inter ejectamenta maris Arimiuenſis offenſa ex Obſervatione Dni *J. Ph. Breynii*, cui ejusmodi cornua *orthoceratitarum* nomine veniunt. Qui *Liſteri Hiſtor.* non habet, evolvat *ſupplem. actorum erudit. Tom.* II. p. 248. ubi Liſteri tabula, de qua ſupra verba fecimus, mutuata apparet. Jam vero quibus ad manus ſunt horum buccinorum ſpecimina prægrandia, ipſe judicet 1. utrum adultæ teſtæ vel plures ſpiras vel plures acroterias, vel denique illuſtriora pigmenta habeant, præ teſtis ex utero vel ex ovo; re ſic oculis legitime prehenſa, quilibet fateri cogetur, 2. circumvolutiones ſpirarum conchyliorum minorum omnino minores eſſe præ ſpiris adultorum; conſequenter 3. quod utique ſpiris primis non ſolum, ſed omnibus quid accedat, certo autem certius per intus ſuſceptionem, cum per juxta poſitionem ſpiris primis aliquid addi, ipſe Dnus Reaumurius conſtanter neget, tertius vero modus nemini

mini ſuboleverit. Sic Cymbium, ſive voluta conchæformis valde inflata, labio velut in concham explanato, turbine baſeos manifeſto: (hinc nobis *cochlis compoſita*) ex ovo *turbinem* habet per diametrum circiter ¼‴ ventremque proportionatum; ætatis provectæ *turbo* eſt vel 5‴, venterque vel 7. pollicum. Mammæ (quæ Turbines ſunt paucarum ſpirarum ex ventre oblongo turgido in parvum mucronem leviter turbinatum aſſurgentes) ex ovo parum ſuperant ſemen papaveris; & in ſpecie virgineæ mammæ teſtaceæ mucro ſive papilla ita ſubſidet, ut fere non agnoſcatur; quæ ſi conferantur cum adultis, deprehendemus, ipſarum turbines cum ventre ſe ita habere ad adultarum turbines ventresque, prout ſe habent corpus pedesque fœtus humani duorum vel trium menſium erga gigantem, in cujus molem excluſus fœtus tandem excrevit. Jam vero turbines ejusmodi cochlidum, vel etiam *auriculæ* concharum, quas *pectines* ſalutamus, ita ſe habent erga animal ejusque teſtam integram, prout ſe habent ſpiræ tres priores cochleæ ad animal ejusque thalamum, vel ad ſpiram quartam, & vice verſa; conſequenter, quod illis proprium eſt, idem erit & huic commune, & vice verſa; ergo cochlea adulta non plures numerabit circumvolutiones, quam cochlea ex incunabulis. Buccinula *delineata* vix lineam alta, aut quod excedit, pulcherrima, granulata & ochroleuci parumque ſanguinei coloris ſunt, ſub microſcopio contemplanda; horum maxima vel 9″ nec pluribus ſpiris in ſtrombo gaudent, nec pulchriora ſunt amictu.

Definitio Cymbii:

Mammæ.

Pectines.

## §. XXXIII.

Interim tamen Dnus MERY teſtulas ſive laminas, ex quibus musculorum teſtæ conflatæ, acu tetigit, nec aliter potuit, quin recte inferret, ergo teſtas cum animalis partibus mollibus creſcere & augmenta capere, prout idem fiat juxta artus omnes partesque omnium animalium. *Ejus* obſervationes Dnus REAUMURIUS affirmare quidem viſus, ſed phænomena eſſe accuſat, quod aliquando plures in muſculis parvis apparere ſoleant lamellæ, quæ neque intus ſuſceptioni, nec juxta poſitioni originem debeant; nimirum tertium quid dari affirmat; ſi ſcilicet materia, quæ lamellas diſtinguit, terminos excedit, & ex attritu vel frictione ad loca ſabuloſa, vel ab ipſis fluctibus deletur; quando autem in adultis muſculis talis materia transgreſſa (*cet excedant*) eſt ſublata, haud difficulter comprehenditur, qua ratione duæ lamel-

Dn. MERY teſtulas obſervavit.

Reſponſio Dni REAUMURII.

læ in unam coaluerint; effectus enim ex frictione vel attritu in muſculis adultis palpabilis dicitur, viſuique expoſitus.

## §. XXXIV.

Perioſteum quodcunque urgetur.

Plus ſimplici vice diximus, omnia animalia teſtacea *perioſteo* qualicunque veſtiri; in terreſtribus, quorum perpauca, non facile ob tenuitatem diſtinguitur, niſi aceto fricentur teſtæ: tunc enim tollitur cuticula & vivaciores apparent teſtæ, quæ antea videbantur émortui coloris, vel obſcurioris, & veluti nebulæ involuti. Idem accidit nonnullis marinis, uti Porcellanis & his ſimilibus. In reliquis marinis, lacuſtribus & fluviatilibus oculos mox feriunt aut craſſum, aut tenuius corium, ſive cornu aut pergamento ſimilia vel quaſi cutacea involucra in ſuperficie exteriore. In ſpecie muſculos membranaceo involucro & tenaci veſtitos eſſe, quis non videt? ſub hoc teſtæ, lamellis ſibi arcte incumbentibus, vegetant; externa ſuperficie, mediante membrana, ſatis lævi. Cum e contra oſtreorum teſtulæ vulgarium *Finitorem* non excurrant, quin ſquamatæ appareant, ſcabræque ſint in oris.

Teſtulæ differunt inter ſe.

Illæ teſtulæ plerumque quotannis in plurimis, in oſtreis ſingulis fere menſibus, in muſculis vero vel bis in anno augentur. Aliorum teſtulæ teneriores ſunt, ut in muſculis, chamis &c. rurſus aliorum, uti in oſtreis, pectinibus, pectunculis, craſſiores. In omnibus tamen ætatis habenda ratio eſt.

De his Leeuwenhoekius.

De ejusmodi laminis teſtaceis Leuwenhoeckius in genere. „ Teſtarum putamina in ſe magna multi„ tudine cumulata eſſe, quorum ultimum concretum maximum eſt "; & in ſpecie de Oſtreis: „ Singulis noviluniis oſtreum craſſitie unius „ putaminis accreſcere-putamen conſtare ex fiſtulis ſive fibris fiſtulo„ ſis-materiam eſſe ipſiſſimum ſuccum vitalem expreſſum-cum hic „ ſuccus leviter coctus in grumum quendam coaleſcit-alter eſt ſuccus „ lapidificus vitali permiſtus, unde materia lapidea ſive teſtacea."

(Vegetatio in diconchis clarior.)

Me judice vegetatio teſtarum in diconchis clarius, quam in cochlidibus, obſervatur, cum plerarumque cochlidum teſtæ ante frangi debeant, quam earundem incrementa conſideranda veniant. Interim & in cochlidibus ejusmodi teſtulas (uti jam ante pluries diximus:) ſive lamellas vel putamina ſatis diſtincte cernimus.

Rumphius de cochlea lunari,

Sic Rumphius p. 69. *de cochlea lunari :* de ſchaal is gemaakt van twee dikke huiden (*ita appellat interiorem & exteriorem parietem*) ; de binnenſte huid is ſchoon Parlemoer —— zy laat zich ook in ſchilferen verdeelen / als men ze in ſtukken ſlaat / welke alle dezelve NB. kolcur behouden / i. e. fracta teſta

teſta in laminas reſolvi poteſt, quæ NB. eandem ſervant colorem; & *notanter de Caſſidibus lævibus*, ſive cinereis, *p.* 83. **Haare oude lip blyft ſtaan / en NB. daar onder NB. eene nieuwe dunne ſchaal voortkruipt /** i. e. eorum labium, quæ & fimbria dicitur, perſtat; *ſub illo* nova tenuis teſta prorepit vel prorumpit; quæ in hac cochlide nihil aliud eſt, quam quod a Dno Mery vocatur lamella, cremento muſculi vel alterius conchæ inſerviens. Sed, quæſo, quænam eſt *cauſa movens* materiæ, ex qua talis tenuis teſta ſub craſſo labio erumpit, ut neceſſario labium exinde altius craſſiusque evadat, & quidem ad os caſſidis valde vaſtum, quod vocatur? ſane, quid valeret juxtapoſitio ab exudante materia derivata? certo certius itaque in vegetatione, omnibus animalibus communi radicat talis accretio; vegetationem vero ſine intus ſuſceptione, nec mentis ideis concipere licet; cogor igitur fateri, quod exceptio intermedii modi a celeberrimo *Reaumurio* oppoſita Dno Mery non officiat. De Caſſide lævi cinerea. Recte Dn. Mery teſtas vegetare ſuſtinet.

## §. XXXV.

Per coadunationem laminarum teſta mytuli & major & craſſior evadit; quæ vero *Leeuwenhoeckio* dicitur teſtula ultima & maxima, nobis eſt minima ad capitulum teſtæ aduncum ſub membrana inter laminas præexiſtentes prorumpens; quæ laminæ utique dignoſci poſſunt. Valva mytuli trium vel ſex vel novem linearum ardenti candelæ oppoſita, ſex vel octo vel decem faſcias aut laminas diſtincte exhibet, eſtque valva perfecta integri animalis minuti; ſi valvæ adultæ auctum volumen per lineas dividatur, totidem vel plures faſciæ nudis oculis apprehenduntur auctæ. Si a juxta poſitione originem haberent faſciæ, æquabiliter ſuper tota valva deponerentur in ſuperficie externa, ſed tunc abſorberetur valvæ integumentum pergamentum, ſive membranaceum, quod omnibus anni temporibus adeſt. Nec ad internum parietem locum habere poteſt juxtapoſitio; excluderet enim animal ex valvis, difficulter licet propter tendines valvis connatos; nihilominus tamen valva augetur & quidem lamellatim ſupra ſubterque ipſas teſtulas i. e. intra binas lamellas juxta prorepente nova teſtula; tale augmentum vegetationi & intus ſuſceptioni proprius accedit. *Uniones* ad internos parietes concharum, imo & mytulorum margaritiferorum, Dn. Plancus (*in præfat. de conchis minus notis, p.* 4.) concharum *vitia* judicat; nos *uniones* ita ſe habere reſpectu teſtarum judicamus, quemadmodum ſe habent oculi cancri, Teſta mytuli porro conſiderata. Lamella non A juxta poſitione. Tendines valvis connati. Uniones in conchis.

re-

Quid? cum oculis cancri collati; reſpectu novæ cruſtæ aſtacorum quotannis formandæ; iisdem enim menſibus, *Junio & Julio* reperiuntur & uniones & oculi cancri; hi abeunt ſucceſſive in cruſtam novam, illi non inſerviunt, niſi ad internæ teſtæ concharum noviter vernicem perlaceam ſuper inducendam. Jam in oculos cadit, uniones ex ipſa ſubſtantia teſtæ prout verrucas ex cute prodire, pro documento, quod in ſubſtantia teſtæ intus ſuſceptio negotium ſuum non ſolum habere poſſit, ſed re ipſa habeat; porro, niſi valvæ ampliores fierent, etiam qua concavitatem, prout juxta convexitatem & ad ipſa latera augentur, perlacea illa materia iterum excluderet animal extra valvas. Sed forte dirimeret animal ſuperflua, prout *caſſis tuberoſa labii partes?* Urget Dnus Reaumurius contra Dn. Mery extuberantes laminas, ſive maximas, ſive minimas, attritum pati. Sed cui uſui eſſet juxta poſitio materiæ teſtificantis, tanquam ſeparatum opus? idem eſſet, ac ſi una cum exudante ſuperflua materia leviſſima avolaverit, ſi deleretur & aboleretur materia teſtificans juxta poſita vel per minimum attritum, inter tot vehementes fluctus ad ſabuloſa littora, adque fundum maris non adeo alti; actum eſſet de opere tali ſeparato, quæ domuncula dicitur, actum eſſet de opera & induſtria animalis architecti, ipſaque natura non perficeret opus ſuum, imo fruſtranee tranſpiraret animal etiam, ſi materia exudans non abiret in liberum aerem, abiret tamen in ſabulum, in undas, & atmoſphæra circum circa corpus conturbaretur, tolleretur. Nemo dubitat ungues animalium ſquamasque piſcium, ex muſculoſis corporis partibus vegetare; ſi detrimentum paſſi, vel reſecati ungues, liberaliter tamen in longum, in latum & in altum vegetant; & quis eſt, quem lateat, ungues ex lamellis hasque ex corneis fibris conſtare, ut ſquamas piſcium ſilentio prætereamus (*a*). Attritus denique mytulis minoribus majus detrimentum conciliare poteſt, præ mytulis adultis & majoris voluminis. Illi a fluctubus ſuper ſabulo, in diſtantia duorum pedum, plus ſatis per axin ſuam agitantur præ majoribus mytulis, minimum toties, quoties majores; cum tamen illorum teſtæ teneriores ſint reliquorum teſtis pene ſiliceis; hoc tamen non obſtante minutuli mytuli creſcunt in magnitudinem; quodſi vero externi parietes, vel qua partem, deterrerentur, animal per internum parietem nullo facto redintegrare poſ-ſet

An deleantur extuberantes laminæ? Quod juxta poſitionem deſtruit.

De unguibus animalium & ſquamis piſcium.

Ex frictione damnum mytulis? tamen creſcunt minores.

(*a*) *Vid.* Hiſtor. R. A. ſcient. 1716. p. 20. & lib. mem. ipſius celeberr. Reaumurii *ibid.* de la formation des ecailles des poiſſons p. 234. ſu.

ſet parietem externum, quin potius internus, a mucoſa & teſtificante materia, quam animal valvis clauſis tranſpirare dicitur, continuo augeretur, ut tandem animal extra valvas ſuas pelleretur; apertis autem valvis a fluctubus abſtergeretur tranſpirans illa materia & lapidificans, nullo modo teſtæ proſpectura.

§. XXXVI.

Ingentis *Pinnæ* e. gr. *Liſteri Hiſt. Tab.* 374. figura quadantenus æmulatur in longum & latum crispæ lactucæ folium. In ea lamellæ pedetentim ſibi invicem ſuperinducuntur, attollentes teſtulas præexiſtentes, prout ad oculum videre licet, conſtituuntque faſcias majores ſucceſſive: eadem pinna 4. linearum eandem jam habuit formam & figuram e. gr. folii lactucæ; nec deſinit eſſe eadem pinna vel ad decem pollices aucta; vegetat itaque in ingentem molem; ad vegetationem autem teſtæ ſucci nutritii non niſi in animalis corpore quærantur; qui ſucci, ut producantur, teſta indiget canalibus, commune principium habentibus. Hoc principium, me judice, partim in cardine vel ad ſpondylum valvarum, partim ad loca ubi defixi ſunt tendines, in conchis, in cochlidibus vero partim ad claviculam, ſive hepatis inteſtinalis partem, alias *meconium*, partim ubi muſculi partis poſterioris, e. gr. cochleæ, tutiſſime quærendum: quodque ad membranas fluviatilium marinorumque mytulorum attinet, plus quam veriſimile eſt, illas a cardinis fibris originem trahere; & quod illæ cum cardine continuæ, & quod ejusdem cum cardine, corneæ ſcilicet, ſubſtantiæ ſunt. Cæterum vide *Leeuwenhoeckii* & *Liſteri* mytulum nondum natum ex ovo exemptum, cum placenta ſua, in indice *Tabularum Liſteri Tab.* 41. *f.* 8. *& in exerc. anat. III. Tab.* 4. *f.* 9.

Pinna conſiderata.

Primaria vegetationis officina.

§. XXXVII.

Alteram contra ſyſtema juxtapoſitionis difficultatem Dn. MERY offendit juxta quatuor paria muſculorum, quæ mytulorum teſtis connata (*a*) ſunt. LISTERUS non niſi duo talium ligamentorum obſer-

Dubium Dni MERY de muſculis mytulorum.

(*a*) *Conf.* SWAMERDAMI Bibl. Nat. II. Tab. VI. f. 11. *ibi loca quibus muſculi in oſſe lapideo* COCHLEAE *inſeruntur*: validiſſimi, *quorum ope animal prorepit & ſe promovet;* introrſum protenſi *& ſub teſtæ ſcapo transeuntes;* dico validi *muſculi, qui medium corporis in domun-*

ſervavit paria, & inſuper adhuc vinculum cardinis ſive ſpondyli (*charnier*). Duo, inquit, muſculi ſeu ligamentorum paria teſtam claudunt, aperiuntque; nempe unus ad earum caput mucronatum, alter prope imam ſive latam marginem; præter hos vero muſculos alii quoque teretes atque teneriores muſculi, ſive corpora nervoſa ſunt, qui per medium animalculum tranſeunt. De cardine vero *Liſterus* utitur verbis Dni *ab Heyde:* vinculum, quo teſtæ connectuntur, in cavitate quadam ſitum eſt, coloris fuſci, ſubſtantiæ valde tenacis & duræ eſt; mollioris tamen ipſis teſtis eſt. Fortiſſimum muſculum alii vocitant tendinem teſtas conſtringentem, item robuſtum ligamentorum par transverſim poſitum & adnatum, ut in teſtam radicare videatur. Dicitur & cylindricus muſculus ex faſciculis minutarum fibrarum conſtans, quæ minutiſſimæ ſemper in minores ſubdividuntur, eodem fere modo, ut talci lamellæ ſemper in teneriores ſecernuntur. Hujus muſculi baſes adeo arcte teſtis adhærent, ut in crudo mytulo vix integræ ſeparari poſſint. *Liſt. Exerc. III. p.* 34. *&* *p.* 77. vocat muſculorum par craſſum & cuneiforme, qui tanta vi occluſas detinent teſtas, ut valde ægerrime divelli, vel a fortiſſimo viro, a ſe invicem poſſint: In anat: vero muſculi fluviatilis ſcribit: *ſiquidem per illos (muſculos) quicquid alimenti in teſtas transferendum ſit, ire neceſſe eſt.* RUMPHIUS eorum, tanquam tenuium venularum, quæ ſpondylo connatæ ſunt, meminit: **de ſchaalen krygende haar voedſel uyt dunne adertjes / die aan den ſpondylo vaſt zyn.** In *pectine* oſtendit LISTERUS craſſum muſculum centralem, & juxta hunc alium, ambos teſtis fortiter adhærentes. *Ind. Tabb. Tab.* 17. (*b*)

Quot habeant; eorumque ſitus.

Fibras minutiſſimas in minores ſubdividi.

Per muſculos alimentum in teſtas.

§. XXXVIII.

*culam retrahunt, oſſi lapideo inſerti; &* qui reliqui. *Nonne ergo dixeris* teſtam *cochleæ animalis ejusque corporis* partem conſtitutivam *potius, quam domunculam, vel opus a corpore animalis ſeparatum?*

(*b*) *Itaque Dnus Mery ſufficientem rationem habuiſſe videtur, quod ſyſtemati juxtapoſitionis oppoſuerit anatomen muſculorum, ſeu mytulorum. In mente ponamus mytulum magnitudinis mediocris; ubi* c. *ſit vinculum cardinis,* a. *tendo teſtas conſtringens*, bbb. *reliqui muſculi ſive tendines; tunc (ſecundum Dn.* MERY*) quando creſcit animal, & muſculos animalis augmenta ſua capere, ſimulque valvas in partibus ſuis creſcere neceſſe ſit. Impoſſibile enim eſt, quod* a. *teſtæ connatus tendo ſe plus ſimplici vice ſolvere,*

## §. XXXVIII.

Modo experimentum Dni *Reaumurii* cum teſta pertuſa & redintegrata conſiderandum venit, cujus mentionem injecimus §. IX. Hoc experimento contra Dn. MERY militat, & ea propter firmum ſtare infert, quod cochlearum teſtæ formentur ab exhalationibus, quæ ex corpore animalis, intus poſtea latentis, prodeunt, & circa ipſum indurantur. Pertudit teſtas, & ecce (*Mem.* 1709. *p.* 371.) on voit alors cette liqueur s'epaiſſer & ſe figer, ou pour parler ſelon les idées les plus claires, les parties les plus ſubtiles s'evaporent, & les plus groſſieres reſtent ſeules, & forment ſur la partie du corp de l'animal, qui eſt *decouverte*, *une petite croute* très fine — c'eſt cette croute, qui forme *la premiere couche* de la nouvelle couche; on voit au *bout de quelques jours* cette croute s'epaiſſir par le moien de *differentes couches*, qui ſe produiſent *ſous cette premiere;* & enfin au bout de quelques jours, *le nouveau morceau* de coquille, qui s'eſt formé, a à peu prés la meme epaiſſeur de l'ancien morceau de coquille, que l'on à ôté au limaçon. Applicatæ pelliculæ ad vulnus *in interno teſtæ pariete* ſuperficies interna, quæ corpus reſpexit, teſta fuit obducta, in altera parte vero pelliculæ nihil tale evenit (*Mem.* 1709. *p.* 374.). Le côté de la peau, qui touchoit le corps de l'animal s'eſt couvert de coquille, & *il ne s'eſt rien formé ſur la ſurface exterieure.* Experimentum Dni REAUMURII conſiderandum.

## §. XXXIX.

Non inficias imus, quod ſi teſta cochleæ (ſed *notanter*, intra tertiam ſpiram cum dimidia forte, non in prima nec ſecunda, neque in ſecunda cum dimidia pene, ſub quibus ſpiris animalis tenerrima & non niſi cum diſcrimine vitæ quamcunque læſionem admittentia interanea ſunt) pertuſa ſit, aër externus per vulneratam teſtam fortius agat in partes corporis, quæ ipſi & frictioni juxta foramen in longum & latum Spirarum contenta. Aër externus fortius agit per vulnus in corpus cochleæ.

*vere, & valva aucta in alium locum transportare poſſit; ſi forte poſſibile foret, id obtenturum eſſet animal in* b. *Non intrabo in id, quod Dn.* REAUMURIUS *regeſſit, exemplum deſumptum ab aſtacis, ſquillis, cancriſque, quos loricas ſuas quotannis deponere dixit, non obſtantibus ligamentis, quæ transponantur; de quo* HISTORIA *dicit, quod ſit* un exemple un peu different à la verité.

tum expoſitæ ſunt, in primis cum vel extra thalamum moventur, vel recedunt, & quod ex papillis palpabilibus, quibus ſolum anterior pars corporis animalis abundat, materia viſcoſa, tenax & teſtificantis ſubſtantiæ exprimatur; qua de re jam ſupra egimus paſſim. Nec admirationem nobis injicit, quando (juxta *primum caſum*) teſtæ foramine libero, vulnus reſarciatur. In reliquis animalibus, in quibus nulla juxta-poſitio (niſi hoc vocabulo nimis liberaliter utaris) locum habet, multa vulnera quæ non maximi momenti, nullis adhibitis remediis, ſolum *Ulcere* in Eſcharam abeunte, ſub Eſchara in ipſam cutem perfecte ſanantur. Indigitat Dn. REAUMURIUS, quod primum ad externam ſuperficiem vulneratam nova lamella teſtacea ſuperinducta, & redintegratio teſtæ ſucceſſive facta fuerit, ita ut decem vel duodecim diebus demum vulnus reſarcitum. Hoc non temere factum. Si ſuffeciſſet uberrima e papillis exudans materia viſcoſa & perdurans ad reficiendam teſtam, quare non ſtatim abiit in turundam, ut citius vulnus non plane lethale teſtæ, nec adeo craſſæ, occluſerit? quod animal ſaliva oris eructata longe citius redintegrat limbum ultimæ ſpiræ læſum, vel eundem circa ambitum amplificat. Non recoquere volumus, quæ de interna teſtarum ſtructura, toties quoties opus fuit, in medium protulimus; videſis allerta noſtra & probata, nec obſtupeſcas, ſi dixerim, teſtarum fibras fiſtuloſas, reſectas licet, non prohiberi ad proceſſus ſuos, facto vulneris interruptos, proſequendos, eosdemque intra 10. vel 12. dies reficiendos & abſolvendos ſub depoſita ex muco animalis expreſſo *eſchara* in ſuperficie teſtæ externa, quam Dn. REAUMURIUS primam vocat lamellam: omnino curam mediante intus ſuſceptione continua perſolvere potuit ſuccus vitalis lapidifico ſucco permiſtus ex fibris fiſtuloſis teſtularum læſis, ſubter eſcharam teſtaceam applicatus, usque ad internum vulneris parietem, quem utique pars corporis vicina muco clauſit & poliendo ultimam addidit manum, ut ita loquar. Idem fit in vulneribus cutaneis ipſamque cutem perforantibus, neminique ignotum eſt, muſculis, una cum venis reſectis, & coadunatis rurſus, vel novos venularum ramulos propullulare. Experimentum itaque Dni REAUMURII quoad caſum primum, vulnus quidem teſtæ comprobat reſarcitum, non vero, ni fallor, id factum eſſe ſola virtute materiæ, quæ ex corpore animalis exhalat, & quidem incipiendo a ſuperficie externa & procedendo ad ſuperficiem internam; cum inſuper perquam difficile ſit introſpicere per primam ſuperam lamellam in ſtrata lamelloſa, & obſervare, quid ſub illa ſpatio multarum dierum ſucceſſive deponatur introrſum, quem proceſſum vix mentis

Cura vulneris examini ſubjecta.

mentis oculis cernere licet. Demum ſequeretur, quod omnes ſpiræ, quæ ſecundum hypotheſin Dni *Obſervatoris* extra ovum demum corpori animalis ſuperinducuntur ex exudante materia, non aliter fiant, quam quod hæc materia ad formandam primam novæ ſpiræ lamellam aſcendat ita, ut inter illam & ultimam lamellam parietis interni ſpatium maneat tamdiu, quamdiu reliquæ lamellæ primæ non fuerint ſubappoſitæ; quod non dixerim, quodque mirabile materiæ exudantis artificium foret.

## §. XL.

Quoad *caſum ſecundum*, mecum non convenio, quare materia exudans & teſtificans non tranſcenderit paniculam, vel potius penetraverit (*le peau de cannapin*) ſive in ſuperficiem teſtæ vulneratæ, ſive in ſuperficiem paniculæ? (il ne s'eſt rien formé ſur la ſurface exterieure) cum in eadem panicula poros vel viſibiles crediderim. Invertamus itaque formationem teſtæ ex materia exudante per juxtapoſitionem: tunc prima lamella cujusvis novæ ſpiræ generatur corpori animalis proxima, ſecunda priori, & ſic porro reliquæ ſibi ipſis ſuperimponuntur, & quidem ſuperficietenus adusque parietem externum abſolutum. Cum vero per paniculam penetrare non potuit materia teſtificans, non penetratura per primam, ſecundam, vel tertiam ſeu jam formatas & coadunatas lamellas, ut reliquas ſuperimponat, tumque demum ceſſaret ire plus ultra; ceſſaret materia craſſa, atmosphæræ ad inſtar circum circa corpus perdurans. Nolo verba facere ſuperflua de pictura & coloribus, quos ſanato vulneri iterum inducere, vel imprimere deceat materiam exudantem virtute juxta-poſitionis; nam *collare* juxta ejusmodi vulnera officia ſua præſtare nequit. Neque teſtas *tribulorum* marinorum, aut muricum ſimiliumve vulnerarem, multominus eorundem murices, ut reſtituerentur eodem modo, prout cochleæ teſta reſtitui creditur.

## §. XLI.

Sic, cum pace *tanti viri*, non video experimentum, quod Dnus Reaumurius contra Dnum Mery adeo urget, ſatis firmo ſtare talo, acſi *teſta cochleæ a juxta poſitione materiæ ex corpore animalis exudantis*, tanquam ſeparatum opus, & *ne quidem facto animalis*, ex-

*exſtrueretur læſaque ſimili modo iterum redintegraretur*, cum nec limbus extimæ ſpiræ ſine facto animalis vel ampliari, vel læſus refici queat.

Facinora caſſidis tuberoſæ circa labium vetus;

Et quid dicendum de CASSIDE TUBEROSA, ſive *cornuta*, quæ mirum in modum labium quo indiget novum adeo ſcientifice ſibi conciliat, ut prius id, quod de veteri labio ſibi obſtat, ore ſuo abolere & ſupprimere didicerit, ſicque de induſtria ſua gloriatur, nec otioſa eſt juxtapoſitionis inanimis contemplatrix domunculam ſibi conſtruentis: quem caſſidis proceſſum RUMPHIUS ſic (*p.* 80.) exponit: **Dewelke dan over de vorige lippen overgaande / moet het dier noodzakelyk door een ingeboorne doch wonderlyke Eigenſchap / het geen / dat hem in den weg tegenſtaat / wederom konnen weg ruymen en nederleggen.**

Aliter in caſſide lævi cinerea;

Econtra, in CASSIDE *lævi cinerea*, cujus ſupra mentionem fecimus, labium vetus perdurat, quando ſub eodem nova & tenuis lamella prorumpit: **dat haar oude lip blyft ſtaan / en daar onder eene ſchaal voortkruipt / dewelke alle hoeken en kanten aan de overzyde ontmoetende door de kragt van 't levende dier weder weeft wordt en zich nederlegt / weshalven men dikwils de oude naaden in den mond voelen kan.**

Quæ facta non tollunt intus ſuſceptionem. Exempla a tribulis, muricibus, ſcorpio, oſtreo muricato; Claviculis Echinometrarum. Et pluribus.

Ejusmodi tamen additiones & operationes animalis ad oras domiportæ nullatenus tollunt intus ſuſceptionem teſtæ ex ovo, ne dum patrocinantur juxtapoſitioni, qua crementa capere teſtæ dicuntur. Et quid ſi violaremus teſtas TRIBULORUM, MURICUM & ſimilium, prout cochleas hortenſes, vel horum ipſos murices? Aut *Tribulus* murices ſuos breves; SCORPIUS & OSTREUM muricatum longiſſimos & acutiſſimos aculeos, ſive proceſſus aculeiformes in prima juventute breviores habuerunt, aut nullos. Ultimum non dixerim: ſed qua ratione murices breviſſimi augmenta ſumpſerunt, ut longiſſimi, imo acutiſſimi tandem facti? minime per juxtapoſitionem, opus lithiaſi applicandum, bene tamen per intus ſuſceptionem, quæ vegetationem docet. Simili modo vegetant aculei & claviculi *Echinometrarum*; & quid tandem inanime opus juxtapoſitionis patraret in *conchis clathratis*, *feneſtratis*, *circinatis*, *literatis* &c. vel in *figuratis*, uti *in avicula*, *tudide polonica*, *ephippio anglorum* & his ſimilibus.

## §. XLII.

Dni REAUMURII hypotheſis.

*Syſtema juxtapoſitionis* celeberrimi REAUMURII fundamentum habet ſuper *hypotheſi*: quod animal quidem ex ovo prodeat, ſed falſum quod ſit, animal cum teſta ſua integra in conſpectum venire (§. 11.)

(§. 11.) (*a*). Hanc hypotheſin dubiam eſſe, ſatis luculenter demonſtraſſe confidimus. Reſtat nobis, ut adhuc rem, ſatis quidem arduam, veritatis lampade colluminemus. Mentionem facit Dn. *Reaumurius* tenuiſſimi muſculi, mediante quo cochleæ in prima juventute *non alibi*, niſi *proxime ad centrum ſpirarum* (i. e. ad ſpiram primam:) alligatæ dependent; qui muſculus vero ætate provecta de loco *intra ſecundam & tertiam ſpiram* teſtæ tranſpoſitus & defixus deprehendatur; qua obſervatione tollendam dicit objectionem Dni MERY *a tendinibus, muſculisque mytuli* deſumptam. Muſculum talem in aliis cochlidibus appellamus funiculum, qui teſtæ connatus deprehenditur, quique in cochlea, æque ac in aliis animalibus teſtaceis, non habita ætatis ratione, conſtanter in ſpira teſtæ prima quærendus. Hepar, falſo creditum, antiquis *meconium*, ſive *ſacculus lacteus ſpiralis* HARDERI, omnes ſpiras ab earum centro ad usque collare, quod dicitur, ſive partem corporis anteriorem, mobilem, arctiſſime involvit occupatque, adeo ut illo ſacculo ſpirali curatius & magis acuta duci nequeat ulla ſpira. LISTERUS hunc ſacculum pro inteſtinorum cæcorum compagine habet, quam anteceduut branchiæ, cor, viſcus quidam cinereus: (an hepar verum?) inteſtinum rectum, ingluvies, ſtomachus, omentum, penis, vulva, veſiculæ ſeminales, ovarium, uterus. Terque quaterque curioſitatis gratia anatomen cochleæ, omni teſta privatæ, ſuſcepi: ſed, licet aliquando, præmonſtrante *Swammerdamo*, portiunculas teſtæ, quibus muſculi defixi fuerant, non ſolverim, tamen facinoris, cum *ipſo*, aliud non reportavi brabeum, quam cadaver animalis intra biduum vel triduum extincti; & ſufficiant

Ejus argumentum de muſculo ad primam ſpiram cochleæ. Quid ſit?

Partem poſteriorem cochleæ abſolvit ſacculus lacteus ſpiralis.

Cochlidum quarundam anatome.

(*a*) *Hanc hypotheſin jam fovit* Sil. Ital. de Bello Punico Lib. XII.

*Exiguos format per prima volumina gyros,*
*Mox tremulum vibrans motu gliſcente liquorem*
*Multiplicat crebros ſinuati gurgitis orbes,*
*Donec poſtremo laxatis circulis orbes,*
*Contingat geminas patulo curvamine ripas.*

*Licet ſententia autoris rite trutinata & ad intus ſuſceptionem applicari poſſit.*

ciant tibi, LECTOR docte curioſe! *Tabulæ Liſteri*, quæ ſeparatim cum indice in forma folii minore æri ſunt inciſæ, ibidemque Tab. I. fig. I. offendas ſacculum ſpiralem cochleæ, quæ *Geſnero pomatia* audit; Tab. IV. fig. I. & 3. cochleæ terreſtris ſtriatæ; Tab. VI. f. I. 2. 4. Cochleæ viviparæ fluviatilis; Tab. VII. fig. I. 2. Purpuræ fluviatilis, & in *Harderi* Tab. fig. I. cochleæ terreſtris. Item *Bibl. Nat.* SWAMMERDAMMI Tab. IV. V. VI. VII. His omnibus quidem perſpectis, in HISTORIA Reg. Acad. ex memoriali libello Dni REAUMURII legimus: Ces limacons ſont attachés à leur coquille par un muſcle, qui, lors qu'ils ſont extremement jeunes, ne peut être, qu'extremement proche (*quod omnino verum:*) du çentre de leur ſpirale. *Cependant il ſe trouve toujours entre le 2me & le 3me tour de cette ſpirale, quand ces Animaux ont pris toute leur naiſſance.* Hoc abſolute fallit; muſculus enim vel funiculus a puncto extremo dependet, non aliunde; poſterior illa corporis pars autem, uti jam diximus, exquiſite ſpiralis eſt, ut neceſſario in punctum primæ ſpiræ teſtæ incurrat; hinc impoſſibile prorſus eſt, quod illud ſpiræ mollis punctum, non aliunde dependens, tranſcendere poſſit ſpiram teſtæ ſecundam, etſi centum annos vixerit animal. Quodſi vero trans locatus aliquando fuerit viſus funiculus, involvit caſum in anatome violentum funiculi: vide *Rumphium* paragrapho ſequenti. Sacculus vel tres ſpiras implet (ſcil. in cochlea:) occupatque, tenuiſſimis hinc inde muſculorum propaginibus teſtæ defixis; cum parietes ſpiræ primæ, ſecundæ & tertiæ plane non ſint politi vel argentati; prout eſt thalamus animalis, in quo portio mollis corporis anterior quieſcit, ſed poroſi ſunt; in illis ſpiris ſacculus ſpiralis quieſcit in ævum, quando anterior pars pro lubitu & pro neceſſitatibus animalis movetur, domunculam ita dictam ſecum trahens. Re ſic comperta, priores tres ſpiræ pro parte teſtæ cribroſa habendæ, ubi & ſuccus nutritius lapidifico mixtus & colorum materia præparata & filtrata per vaſcula ſuſcipientia fiſtulasque hisque ſimiles fibras in teſtam immittuntur, & producuntur, ut teſtæ, tanquam partes conſtitutivæ animalium, vegetare poſſint, una cum animali. Sic nobis datum erit intelligere, unde ſit ingens teſtæ volumen ætate provecta, quod in ovo fuit rapæ ſemine minus.

Muſculus ille a puncto ſpiræ primæ dependet.

Parietes teſtæ poſteriores quomodo comparati;

Per quos officina virtutes vegetationis abſolvit.

§. XLIII.

## §. XLIII.

Ab illo itaque, quod diximus punctum primæ ſpiræ, ejusque ſalute, vita animalis, ejusque vegetatio dependet. Si læduntur vaſtiores ſpiræ, modo, quo monſtravimus, reſarciri poſſunt; verum, ſi lædatur prima ſpira, vel hujus punctum, ita ut pertundatur, vel portio teſtæ ipſi auferatur, prorumpit portio ſacculi molliſſimi extra vulnus, vulnusque non reficitur, ſed inflammatio inſequitur, & animal certo certius mortem ſubit. Quod autem ſacculus integer per integram ſubſtantiam ſuam & quoad ſingula interanea valde delicatulus eſt, habilis quoque erit, ad ſuccos, quibus animal opus habet, legitime præparandos, concoquendos & transfundendos; cum e contra anterior corporis pars aſpera, rugoſa, fortiter membranoſa & muſculoſa, injuriarumque liberi aëris patientiſſima ſit. Breviter, puncto ſpirali cochleæ frivola manu læſo, idem eſt, acſi *Nautilo craſſo* aut cornu Ammonis (**poſthoorntje** Rumphii) funiculum rumpere præſumpſeris. De Nautilo *Rumphius* hæc: **van het achterſte des lyfs/ 't welk tegens het eerſte afſchutzel legt/ gaat een lange aader door alle gaatjens van de afſchutzels/ en door alle de kamertjes tot aan het binnenſte middelpunct/ dewelke het eenigſte is/ waar mede de viſch aan de ſchaal vaſt hangt/ en die almede licht afbreekt/ als men den viſch uyttrekt/ zynde voorts de kamertjes leeg.** Similis eſt ſtructura teſtæ quæ cornu Ammonis. Quod in ſpecie ad *cameras Nautili* attinet earumque parietes intergerinos infundibuliformes, nunquam mihi in mentem veniret, id eſſe juxta poſitæ materiæ exudatæ opus; induſtriæ potius & operæ animalis illud adjudicarem, ita tamen, ut ab intus ſuſceptione jure communi cum reliqua teſta participet, quod vel in ovo unam alteramve jam lucratum ſit animal concamerationem (*a*). Aucto corpore animalis longior

Sacculus læſionis impatientiſſimus.

Punctum ſpirale cum funiculo umbilicali collatum. De Nautilo craſſo & cornu Ammonis.

(*a*) *A Doctiſſimo* J. Ph. Breynio, *quem* Gualtierus *ſequitur*, *ejusmodi* teſtacea *animalia vocantur* polythalamia: *quam nominis rationem quidem non improbo, quod nec frivole nec moroſe de aliorum induſtria ſentio; interim tamen ex natura rei ſupra paſſim indigitavi, quo ſenſu proprie* thalamus *in oſtracologia ſumatur, ne in ideas de multis thalamis conchyliati animalis minus adæquatas incurramus. Prout enim* thalamum *in ſenſu proprio dicimus certum receptaculum, in quo pro lubitu corpus noſtrum quiete*

gior redditur funiculus, & nova exoritur camera; qualibet limpidum quid continente, ſine dubio in ſubſidium funiculi; quod liquidum, teſta commota, vel per luſtra auditur, in nonnullis, quæ curioſitatis gratia in muſeis aſſervari ſolent. Thalamo, in quo animal integrum quieſcit, ſemel ad determinatam capacitatem ampliato, nulla amplius additur concameratio. Ita quoque ſeſe res habet cum breviſſimo muſculo tereti reliquorum turbinatorum, vel cum ipſo puncto ſpirali cochleæ; ut itaque Dni REAUMURII aſſerto *in libello memor.* 1719. *p.* 386. calculum addere hæſitaverim: „ la queüe de l'animal „ *n'étant point adherente*, au ſommet de la coquille, comme quelques „ uns l'ont crû, *il lui eſt aiſé de ſe deplacer*, ſur tout dans te tems, „ que l'endroit, *par lequel l'animal eſt attaché à la coquille*, change." Firmum manebit, ſacculum lacteum cochleæ *Harderi* & funiculum Nautili a puncto primo ſpirarum dependere, ita *ut locum non mutent*; multoque minus tendines muſculi mytulorum in conchis defixi mutabunt loca ſua.

Thalamus Nautili.

## §. XLIV.

De operculis quarundam cochlidum;

Coronidis loco quædam de *operculis quarundam cochlidum* memoravit Celeberrimus REAUMURIUS circa finem libelli 1719. cochlearum ſcil., quæ imminente hyeme januas domiportæ claudant; exi-

*te deponere & condere, rurſusque omni tempore ad beneplacitum ex eodem erigere poſſumus ad ambulandum; ſic in cochleis* thalamum *dicimus* ſpiram ultimam vaſtiſſimam, *in qua corporis antica pars tota cum planta (quæ pedum loco eſt) conditur, & ex qua exporrigere & promittere corpus valet animal. Prout vero receptaculum omni tempore undique clauſum thalamus dici nequit, ſic ex. gr.* Nautilus *magis improprie dicitur habere teſtam polythalamiam. Cameras quascunque quidem claudere poſſumus, &, ſi libet, in ſempiternum; thalamos vero nobis præcludere nemo præſumat; deſinunt eſſe thalami, ad quos aditus nullus; in tantum modo ab Etymologia teſtarum* polythalamiarum *diſſentimus, ab uſu vocabuli non alieni, ut recte intelligamus* autores, *nosmetque ipſos.*

exiſtimans, ſuccum lapidificum, ex quo oriantur ejusmodi opercula, eandem cum ſucco teſtificante non habere conſiſtentiam. Supra jam innuimus, unde fiant ejusmodi opercula in cochleis, quæ, inito vere, iterum rejiciuntur. Sed nominabimus quædam *opercula*, *quæ cum animali perdurant*, quæque animalia conſtanter ſecum circumferunt ſingulari ſpectaculo, capitibus ſuis connata, nunquam deponibilia; quæ aliquando ponderoſa ſunt, ut umbilici marini; alia, leviora, ad corneam quandam ſubſtantiam accedunt, ut ungues odorati. *De operculo cochleæ lunaris Rumphius p. 69.* op zyn hooft draagt hy een groot rond ſchild / waar mede het zyne deur vaſt ſluit / NB. een hand breed en een vinger dik / ſteenhard NB. als of het een witte keiſteen was (durius eſt itaque ipſa teſta) aan de buitenſte zyde wat bultig als een linze / wit en zomtyds met vlakke kuiltjes; aan de binnenſte zyde is het plat / doch een weinig met gieren uitſteekende / die ſchielyk in malkander loopen / en een navel formeeren / met een ros of bruinachtig velletje bedekt / dat daar aan NB. vaſt zit (prout membranæ ſuper teſtis, quas perioſtei vices ſubire diximus) en deeze zyde NB. aan 't vleeſch van 't Dier. Cum autem multæ ſint varietates umbilicorum marinorum, & plerumque officinales, multitudo quoque erit animalium teſtaceorum galeatorum. Illius farinæ quoque ſunt umbilici apud *Mercatum metallotheca p.* 138. & apud *Scillam vana ſpeculazione deſingannata del ſenſo Tab.* XVII. Hic erronee ſuſpicatur eſſe ipſarummet cochlearum rudimentum, quod exinde tanquam ex ovo in perfectas cochleas abeat; ejus ſententia ſingularis eſt, quod dicta opercula teſtarum cochlearum figuram, in ſpiras convoluta, referant; vid. pluribus *Aſſaltum in notis ad Mercatum:* conf. *Hans Sloane It. Jamaic. p.* 254. *Tab.* 241. *f.* 1, 2, 3. Interim nemo ſibi facile in mentem revocabit, ejusmodi ſcutum, vel galeam potius, eſſe opus ſeparatum, cum a capite ſeparari nequit, quocum etiam creſcit, & quidem ad amuſſim, ut omni tempore domiportæ æquabile ſit operculum; ergo etiam augmenta ex capite animalis capit, conſequenter connectitur cum vaſis capitis, nihilominus figuram umbilici ſatis accurate deſcribens, ita ut omnis juxtapoſitio exulare appareat. *Murices* diverſis utuntur januis, quæ *ungues odorati* vocantur, quod ad figuram unguium humanorum aliquantiſper accedunt, in nonnullis tamen ſpiralis linea deſcripta: illorum præſtantiſſimus & officinalis petitur a *murice ramoſo;* corneæ autem ſunt ſubſtantiæ, unde materia exudans, quæ dicitur, teſtificans, cum his unguibus nihil commune habere poteſt. Quod vero ejusmodi ſcuta, vel galeæ partes animalium

quæ perdurant cum animali, vegetationem comprobant.

ſint, non fallimur, illas ex ipſo ovo originem habere, quippe omni ævo accommodata eſſe debet domiportæ janua & vice verſa.

*Liber Baro Wolff. Ethic.* III. §. 458.

Cum Creaturæ ſint verbum Dei, hiſtoria naturalis vera eſt verbum Dei in ſcripturam relatum, hypotheſes vero philoſophorum ſunt opiniones commentatorum cum illo non confundendæ.

## T A B E L L A.

*Cujus icones exponuntur Lucubratiunculæ hujus. pag.* 28.




COM-

# COMMENTARIOLUM
IN LOCUM
# PLINII
## Hiſt. Natur. Libr. IX. Cap. XXXIII.
DE
# CONCHARUM DIFFERENTIIS.

*Concharum genera, in quibus mira ludentis naturæ varietas, tot colorum differentiæ, tot figuræ, planis, concavis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæſis, in dorſum elatis, lævibus, rugatis, denticulatis, ſtriatis, vertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo, foris effuſo, intus replicato; jam diſtinctione virgulatâ, crinitâ, criſpâ, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undatâ, cancellatim reticulatâ, in obliquum in rectum expanſâ, prædenſatâ, porrectâ, ſinuatâ: brevi modô ligatis, toto latere connexis, ad plauſum apertis, ad buccinum incurvis. Navigant ex his veneriæ præbentesque concavam ſui partem & auræ opponentes per ſumma æquorum velificant.* Saliunt pectines & extra volitant, *ſeque & ipſi carinant.*

# NOTÆ ET CONJECTURÆ
## AD HUNC LOCUM:

Concharum Genera. Latius hic ſumptum Conchæ vocabulum teſtam quamvis ſignificat, ſive turbinatam ſive planam. Ita Veteres, præcipue Latini, Rhetoricæ ſtudioſi, auribus magis quam intellectui indulgentes, ideas per æquivoca confundere, quam voces in eadem ſignificatione aliquoties repetere, maluerunt.

Genera. Quia Plinius ex autoribus, quos ſedulo volvit, confuſe ſpecies Teſtaceorum recenſet, videntur ejus temporis eruditi de generibus conſtituendis non fuiſſe ſolliciti. Colligebant Conchylia, primario eſus, ſecundario admirationis *&* *ornatus* cauſa: ſufficiebat rudis notitia & vulgaris nomenclatura. Teſtarum conferre genera earundemque ſubordinare ſpecies Recentioribus demum in mentem incidit, poſtquam de Hiſtoriæ naturalis Incrementis & augmentis cœperunt laborare.

Ludentis Naturæ. Natura, hoc loco, ſenſu Ariſtotelico eſt Vis plaſtica Animæ ſenſitivæ in Teſtaceis habitantis, quæ ludere dicitur, quia varietatem formarum ob varios uſus, nobis non enumerandos, appetit & producit, non ſine oblectatione & applauſu ſpectatorum, ejus operationes velut in theatro intuentium. Sed, quia vis animæ plaſtica, hodierno ſeculo melius informato, ſpectrum naturæ eſt, operatio ejus jure pro figmento, ejusque luſus ſeu Comœdia pro mero habetur ſomnio. Cautius diceret moderna phraſi *Plinius:* in quibus magna & ſapiens differentia. Neque enim varietas ſpecierum caſu accidit, ſed, ob certos fines, a Deo, autore hujus mundi, deliberato conſilio, eodemque optimo, introducta adhuc conſervatur, quanquam omnes illi fines humano intellectui ſint imperſcrutabiles.

Varietas. Recte, *magna varietas!* Nemo enim hactenus omnes Conchyliorum differentias plene expoſuit. Miratur Plinius has ipſas ex ſolo maris mediterranei gremio cognitas. Quantam hanc varietatem prædicaſſet, ſi, quas novus orbis, & undique jam conquiſita curioſitas hodie offert, inſpexiſſet. *Nos quotidie in admirationem adducimur*, inquit Fabius Columna Lib. de Purp. Cap. XIX. varias intra manus noſtras ex variis locis habentes, ut, qui omnium icones & deſcriptiones tradere vellet, maximum admodum volumen impleret, extra alias ab aliis deſcriptas. Pater *Bonanni*, in Recreat. mentis & oculi, ſupra

quin-

quingentas teſtaceorum differentias expoſuit: in Muſeo Kircheriano plures addidit: neutiquam omnes exhauſit. *Rumphius* in Inſulis Indiæ Orientalis intra 28. annos, 360. ſpecies ſummo ſtudio collegit, plures deſcripſit, plures aliis deſcribendas reliquit; multas *Schynvoetius* in Notis ad dictum Authorem, easdemque raras & ſumme pretioſas, addidit; ſed omnem numerum nec hic inire audet. Sunt a *Fabio Columna*, Libris de Purpura & Aquatilibus, quædam rariores teſtæ, data opera deſcriptæ. Angliæ proventum *Liſterus* peculiari Libro expoſuit: idem & omnes, quotquot in Muſeis Patriæ vidit, teſtas manu filiæ depingi & æri incidi curavit, congeſto volumine ſatis ſpiſſo. Plura offerunt Muſea tam privata quam publica, de quibus *Grewius*, *Jacobæus*, *Wormius*, *Valentinus* videndi ſunt. In maris fundo terræque gremio plura latitant, reperiuntur lapides teſtis referti, quas integras nondum videre contigit. Miratur Plinius varietatem concharum incredibilem: mirantur cum ipſo poſteri, ſed plerique ſine philoſophia laudant, ludunt, appetunt, veluti nuces pueri, aut ut cimelia divites. Pauciſſimi de Incrementis Hiſtoriæ naturalis cogitant. Qui cæteris accuratiores ſunt, nomen lepidum, more Belgarum, teſtulis annotant: a deſcriptione abſtinent difficultate repulſi. Etenim tot figuras, tot colorum differentias, tot appendices Teſtarum diſtincte verbis congruis exponere, ſuperat vires vulgaris Philoſophi; difficilius adhuc ex multiplici teſtarum compage eruuntur earum differentiæ ſpecificæ, quæ niſi conſtituantur juſtæ, manet vaga, obſcura & nunquam capienda Teſtaceorum Hiſtoria: multiplicantur, præter neceſſitatem, entia, & crambe toties totiesque cocta apponitur. Adhærent rebus falſa nomina, nec erit Judex de nomine rerumque convenientia ſtatuturus. Laudo proinde *Liſteri*, *Rumphii*, *Majoris*, *Charletonii*, & noviſſimum *Langii* inſtitutum, quo de generibus Teſtaceorum conſtituendis laborare inceperunt. Sed, ut verum fatear, *Liſterus* pingit, non evolvit, nec definit ſpecies. Differentiæ ejus ex titulis & Tabulis præmiſſis cognoſcendæ, paſſim ſunt negativæ, paſſim ſpeciales, generibus ſiniſtre attributæ: in Buccinis, Neritis, Pectinibus magna confuſio. Veteres author non legit, nec Recentiores ſollicite contulit; multa inſufficienter, multa obſcure, ex verborum inopia inſcripſit. *Rumphius* nimis laxus eſt, ſuæ collectioni & inſtituto, quo animalia ſimilia in Teſtis habitantia quomodocunque compulit, ſufficiens. *Major* deficit in rebus, abundat in terminis ex Ramiſtico Dichotomiæ ſtudio præter neceſſitatem, in confuſionem Theſauri teſtacei, conceptis. *Charleton* nomenclaturas magis, quam Teſtarum differentias ſcrutatus: cum *Aldrovando* &

& *Rondeletio* ignorat pleraque. Claſſes ex lectione Veterum expoſitæ paſſim confluunt, paſſim ſpecies inſerendas excludunt. *Langius Tournefortii* methodum Botanicam imitatus, cæteris videri poterat accuratior; ſed in definiendo, examinando & diſponendo, valde eſt proletarius: differentiis obſcuris, negativis, longe petitis utitur: conchas anatiferas male cochleis annumerat, ex umbilicis marinis *Bonanni* p. 114. incaute Cornu Ammonis facit. Ex animalculo *Bonanni* teſtam format, *Rumphii* textu non inſpecto. Simili incuria, & in *Kircheri* Muſeo verſatus eſt. Reliquos autores parce legit. Taceo miram ſpecierum confuſionem, quæ inutilem *Langii* laborem demonſtrabit ſecundum ejus conſilia Theſaurum teſtaceum diſpoſituro. An felicius in hoc argumento verſatus ſim, æquus lector judicet.

TOT COLORUM DIFFERENTIÆ. Quas oculus deprehendit, mens miratur, nulla lingua vel manus valet exprimere. Ecce Indicem colorum, a ſcriptoribus hujus argumenti paſſim nominatorum, quem ſedulo congeſſit *Langius:*

Achatinus color - Acu pictum opus - Æneus color - Æris rubigo - Alabaſtricus - Albeſcens ex cæruleo - Amaracinus - Amethiſtinus - Anthracinus - Aqueus - Arbuſculas repræſentans - Argenteus - Argenteus ſplendor - Argento ſimilis - Argento Obryzo ſimilis - Ater - Attalica veſtis auro argento & multicolori holoſerico texta, drap d'argent - Argentum textile latine dicta - Aurantius - Aureus.

Badius - Balauſtinus - Badiolus - Burrus.

Cæruleus ex argento - Cæſius - Calteus - Caltulus - Candidus - Candidiſſimus - Candor margaritarum argenteus - Carneolus - Carneus Caſtaneus - Ceraſinus - Cereus - Ceruſſatus - Chryſolithicus - Cyaneus - Cinnabarinus - Cinereus - Subcinereus - Cinereus ex livido Colores aqua diluti - Conchyliatus - Coracinus - Corallinus - Corneus - Croceus - Sub-Croceus - Cruentatus.

Eburneus - Eliotropium Gemma.

Ferrugineus - Figlinus - Flammeus - Flavedo vitrea - Flaveſcens ex albo - Flaveſcens pallide - Flavicans - Flavidus - Flavus - Sub-Flavus - Folioſum opus - Fulvus - Sub-Fulvus - Furvus - Fuſcus - Sub-Fuſcus - Fuſcus ad nigredinem accedens - Fuſcus ex viridi.

Gipſeus - Glaſteus - Glaſticus - Gummi Sinenſi obvelatus.

Helvaceus - Helveus - Helvus.

Janthineus - Igneus - Immaculatus - Inſuſcatus ex ſumma viriditate.

La-

Lacteus - Laneus - Lentiginoſus - Leonatus - Leucophæus - Lienaris - Ligneus - Lividus - Luridus - Luteus.

Maculatus - Maculoſus - Malacus - Margaritarum albedo purpuriſſa velata - Margaritæ ſublucidæ color - Margaritis ſimilis - Marmoreus - Marmor candidum Drepitanum - Tiburtinum - Melinus - Miniatus-Subminęus - Molochiticus - Murinus - Muſicum opus - Muſtelinus.

Niger ex cæruleo. Nigricans - Nigricans e cæruleo - Subniger - Nigerrimus - Nitens - Niveus.

Oleacinus - Ut oliva viridis condita - Oloſericum nigrum - Oloſericum villoſum - Onychinus - Opacus - Opalinus - Oſſeus - Oſtrinus.

Palearis - Pallidus - Papyrus Turcica - Parius lapis - Pellucidus - Perlatus - Phrygium opus - Piceus - Pictus undatim - Pinguis - Plumbeus - Porcellanus - Porraceus - Pramnius - Pullus - Puniceus - Purpuraſcens - Purpuraſcens ex albo - Purpuraſcens ex Viola - Purpureus.

Ravus - Reticulatum opus - Roſeus - Rubedo cuprea - Rubeus - Ruber - Sub. ruber - Rubeſcens. - Rubeſcens ex argento, ſub Sandaracca pellucida latitans - Rubidus ignaviter - Rubiginoſus - Rufeſcens - Rufeſcens ex albido - Rufeſcens ex fuſco - Rufeſcens ex rubigine - Rufeſcens leviter - Rufeſcens pallide - Rufus - Ruſſeus - Rutilus.

Sandichinus - Sandaracca velatus - Sanguineus - Segmentatum opus, Subuculis & monilibus ornatum opus - Sulphureus.

Terreus - Teſſellatus - Thalaſſinus - Tophaceus - Tophinus - Tyrius.

Variegatus - Venetus - Veprium acumina repræſentans - Vermiculatus - Vinatus - Vinoſus - Violaceus ad nigrum vergens - Vireſcens cum argenteo ſplendore - Vireſcens e cæruleo - Vireſcens leviter - Viridis - Subviridis - Trideſcens ex flavo. - Subviridis ex albo - Viridus - Unctuoſus - Volturinus - Sub-volturinus.

Xerampelinus.

Ziziphinus.

Nomina lego ſatis multa, ſed vix ſingula perfecte intelligo. Ita de coloribus Autores fingunt, ſcribunt, non definiunt. Optandum, ut nomina recepta revocentur ad ſenſum, & ex rebus non exoticis, vel raro videndis, ſed ex tritiſſimis & cuivis obviis colorum gradus ſtatuantur.

TOT FIGURÆ. Quas hactenus nemo auſus eſt enumerare, nedum ad regulas conſtantes & uſus revocare. Obſtupui, cum aliquando ex coni varia inflexione & ſectione cochleas viderem inimitabili artificio con-

 ſtructas.

ſtructas. O! dixi, quam γεωμέτρης artifex! Quantum eſt, quod neſcis, homo Geometra! Huc adſis quæſo, inſpice, concede oculos, inſpice ſpirarum ordines inflexos, eductos, diductos, conjunctos; ecce Conos, Ellipſes, Parabolas, incredibili proportione & elegantia conſtructas! Spondeo, ſcalare Buccinum, aut teſtam quamvis pretioſiſſimam, ſi geneſin horum corporum ex Cono, vel Parabola ad manum Autoris expoſueris, neſcies geneſin: quid ergo de figurarum fine, & partium uſu ſtatueris? An animal Teſtæ, An Teſta animali ſe accommodat? Quamcunque partem elegeris, urgebit quæſtio: cur exemplar talem præciſe figuram expoſcat?

PLANIS. Intelligit, procul dubio, Teſtas cæteris planiores, non exacte planas, quales in genere teſtaceorum non reperimus. Reſpicit forte ad Aures maris, Oſtrea nonnulla, Pectines & quæ in Concharum genere omnium maxime plana ſunt, Amuſia deſcripta *Rumph. p.* 144. *Tab.* 45. *lit.* A. *&* B. item *Bonanni p.* 447. *n.* 108.

CONCAVIS. Concavæ quidem omnes Teſtæ ſunt, proprie tamen concavitas de Conchis dicitur, quanquam & concavæ præ cæteris appareant Echinorum Teſtæ ſeu globoſæ, ſeu ellipticæ, ſeu alius figuræ. Nec non Balani & Oſtrea echinata, &, quam Volam dicimus, Diconchæ auritæ ſpecies depicta *Bonanni p.* 110.

LONGIS. Longæ poſſunt dici plures Teſtæ. Tales ſunt 1. Tubuli. 2. Coni. 3. Cylindri. 4. Strombi. 5. Buccina; & ex genere Concharum, Solenes Oſtreumque longum *Rumphii.*

LUNATIS. Difficile indicatu, quid per lunatas Conchas *Plinius* ſibi velit. In cochlearum genere aliquæ lunares dicuntur, ſumto denominationis fundamento, ab operculo, inſtar Lunæ, rotundo. *Liſterus* Cochleas quaſdam patulas, ore ſemicirculari lunatas appellat abuſive, cum tales demum ſemilunares audiant. Inter alatas *Rumphii*, quas *Langius* auritas appellare mavult, aliquæ in limbum ſemicircularem profuſæ, ruſtica comparatione poſſent ſemilunares dici. Inter conchas quædam pariter ſemicirculares ſunt: e. g. Chama ſquammata *Rumphii p.* 128. ſeu Concha imbricata *Bonanni p.* 109. *n.* 83. Sed, an has autor lunatas dixerit, manet in dubio. *Rumphius* ſemicirculares ſubaudit *p.* 162. *Harduinus* in notis exponit: *in Lunæ cornuum ſimilitudinem curvatis.* Ita *Seneca Oed. vſ.* 465. caudam lunatam Delphinorum dicit: & *Stat.* V. Thebaid. *vſ.* 145. lunati agminis meminit. Sed teſtas in corniculatæ Lunæ modum figuratas non vidi. *Fabius Columna* Cochleas Perſicas lunatas vocat, quia in margine rotundum ſinum quaſi exſciſſum habent, pro linguæ uſu. *Lib. de Purp. Cap.* XIIX.

qui

qui character ex *Rumphii* ſententia cochleis alatis eſt perpetuus, licet non omni in ſpecie æque notabilis. Sed dubito, an ab hac levi & vaga nota, aliena a ſeculi ſui ſubtilitate, ſpeciem denominare *Plinius* voluerit. Exiſtimo, hic potius *lunatum* dici antiqua phraſi, *quicquid ad ſpeciem Lunæ rotundum* eſt.

In orbem circumactis. *Rumphius* de Conchis circularibus, planioribus, qualis Chama literata rotunda eſt, intelligit; ſed hæ orbes ſunt, non in orbem circumactæ. Malim Cornua Ammonis, quibus orbicularis figura eademque ſpiralis competit, ſubintelligere. Quanquam & cochlea ſolaris & laciniata *Rumphii* hunc characterem recipiant. Videtur Author, contuliſſe Cornua, Nautilos & Cochleas brevioris ſcaphi per diametrum late expanſas, puta *Rumphii* Valvatas; pergit enim

Dimidio orbe cæsis. Quod de Nautilis valet præ cæteris. Pecten virgineus *Rumphii* & Chama ſtriata ejusdem, corpora quadam parte reſecta, imitantur, neutiquam ſegmenta orbium exprimunt.

In dorsum elatis. De ante dictis *Rumphii* Valvatis hoc tuto accipitur, quanquam & Porcellanæ, Caſſides & Murices *Langii* huc ſpectent. His enim convexitas eſt eminentior & turgidior, cujus ſuperficies verticalis in oſtracologicis audit dorſum: vide *Majoris* Lexicon ſub hac voce. Anguſte igitur nimis *Harduinus* exponit: „ utraque teſta „ ſuperiore & inferiore plurimum cava, ut concha tota ad rotundam „ proxime formam accedat. " Hoc ſenſu verba de ſolis bivalvibus dicta e. g. de patellis, chamis lævibus, fragis, nucibus piloſis, poſſent accipi.

Lævibus. Varii dantur Lævoris gradus in teſtaceis. Quædam ad nitorem a natura ſunt læviſſima, quaſi hoc ſigno a cibo excluſa, uti Porcellanæ, Stromborum & Cylindrorum aliqui. Quædam in comparatione cum ſtriatis & verrucoſis ſaltem talia. Vid. *Lang. p.* 81. Quædam ſub cruſta ſcabra ſuperficiem opalinam læviſſimam abſcondunt, qua detracta demum colore & lævore fulgent, ut Nautilus craſſus, Trochi, Cochleæ lunares. Vide de ejusmodi Teſtis præparandis *Rumphii* muſeum.

Rugatis. Rugæ dicuntur Lamellarum ſuperſtructarum extremitates in teſtis conſpicuæ, eædemque irregulares, ruptæ ſibique diſſimiles; vid. *Langii Method. p.* 21. Ideo rugoſæ dicuntur, pleræque conchæ anomiæ, præcipue vero Concha ad figuram triquetram accedens *Liſteri de Cochl. p.* 229. Item, Muſculi. Nonnunquam & Rugæ audiunt omnes laxioris ſuperficiei corrugationes & inæqualitates, lævorem ex-

actum interrumpentes, qualis rugoſitas inter coſtas pectinum, præcipue in duplici Corde Veneris *Rumph. Tab.* 48. *n.* 6. obſervatur. Hic Plinius rugas extantiores infert. *Rumphius* Chamam aſperam in exemplum ponit. Fors Fuſorum & buccinorum quædam ſpecies magis quadrant. vid. *Rumph. Tab.* 29. *Lit.* F. G. & *Tab.* 49. F. G.

Denticulatis: Denticuli ſunt crenæ acutius prominentes in aperturis Teſtarum quarundam, definiente *Majore* in Lexico: conſentit *Harduinus* inquiens: in ambitu ſerratis, teſtæ margine in dentium formam ſecto, ſeu ita laciniato, ut varios mucrones referat, Gallis *dentelé*. Fors ad nummos ſerratos & ita quaſi dentatos reſpexit. Gaudent ejusmodi dentibus, ideo denticulatæ dicendæ, ex turbinatorum genere, porcellanæ, & in ſiniſtro aperturæ latere quædam caſſides. Inter conchas quarundam articulatio fit per gomphoſin; ubi ſub cardinibus comparent dentes, cum oppoſitis loculis, iisdem adaptatis. In margine notabiles dentes habent Nuces piloſæ, Tarentinorum dictæ *Bonanni*, &, præ cæteris Chamarum aſperarum teſtæ.

Striatis. Striæ ſunt eminentiæ ſtrictæ & longæ, per convexum teſtæ. Sed *Wormius* ſtrigiles habet pro ſtrigibus, quas canaliculos conchæ aculeatæ exponit; *Muſ. p.* 253. Plerumque ſtriæ & ſtriges ut eminentiæ & harum interſtitia, ſeu ſulci, ab eminentibus ſtriis intercepti differunt. Unde *Harduinus* in ſua lingua vocem *canelé* ſubſtituit, addens: ſtria eſt virgata in convexa Conchæ parte eminentia illa, quæ eſt inter canaliculos ſulcosque, qualis in eo columnarum genere quod inde ſtriatum dicitur. Magna ſtriarum in Teſtaceis eſt diverſitas. Sunt magnæ, parvæ, eminentes, exochæ dictæ, compreſſæ. Sunt ſolidæ, fiſtuloſæ, latiores, ſtrictiores; læves & aſperæ; transverſales, longitudinales, denſiores, rariores, canaliculatæ, intra concavæ extra convexæ. *Lang. p.* 31. Non eſt fere genus inter teſtacea, cujus non aliqua ſpecies ſtriata ſit. Omnino ergo & ex ſtriis licet repetere differentias, ſed non genericas, verum ſpecificas. Quanquam & hoc notandum, quod coſtæ differant a ſtriis, tanquam partes latiores & craſſiores a ſubtilibus & linearibus earundem inſcriptionibus. Unde teſta ſimul & coſtis & ſtriis inſtructa eſſe poteſt. Exemplo ſit Cor Veneris duplicatum *Schynvoetii* ad *Rumph.* Tab. 48. n. 6.

Vertice Muricatim Intorto. Vertex *Plinio* dictus, recentioribus audit Mucro: eſtque nil aliud, quam proceſſus teſtæ conice ſpiralis; ex ventre ampliore. *Langius* varias notavit mucronis hujus differentias, viditque alium elongatum p. 39. alium admodum elongatum p. 38. gradatim acuminatum; arcuatim in linea recta, ſeu plana,

acu-

acuminatum l. c. quæ ſingula valent de vertice Plinii. Quando vero mucro præciſe apicem ſpiralis coni denotat, hoc vertici jam dicto non convenit; nec convenit huic loco alia verticis acceptio, quando in conchis partem acutiorem circa cardines denotat, quam *Langius*, ſpeciali nomine, umbonatam dicit, ſi eminet in teſta, ut ſolet umbo, ſeu centrum elatum in ſcuto.

Murex. Nomen valde æquivocum. Audit ita, 1. Teſtæ aculeus exſertus. 2. Teſta aculeata ſeu obſita modo dictis aculeis; 3. Aculei majores minoresve exteriores & inclinati. *Lang.* p. 22. 4. Purpura cochlea. 5. Cochleæ alatæ *Rumphii*, ſeu auritæ *Bonanni*. *Lang. p.* 27. Primum ſignificatum *Plinius* in mente habuit, quando meminit verticis muricatim intorti. Id enim non poteſt non de mucrone Turbinis, aculeis obſito, ſive ut loquitur *Harduinus*, de turbinatim convoluto conchæ vertice, nec ſine aculeis accipi: qualem in Murice marmorato *Rondelet. L.* 2. de teſtaceis c. 7. c. 76. Volutis coronatis, Veſpertilionibus *Rumphii* deprehendimus. Exoticas conchas vix vidit *Plinius*. Non audeo ergo, cum Fab. Columna Lib. de Purp. cap. XIX. rariſſimum genus diconchæ hic allegare, cujus effigies interna eſt auriformis, externa vero ob proceſſum ex dorſo ſtyloidem incurvum, & petioli inſtar exporrectum, Peponi minimo ſimilis. Non dicit *Plinius*: vertice muricatim incurvo, ſed intorto. Ubi Turbo? Verba: *vel ad Buccinum incurvis* plane huc non quadrant: nam non amplius de vertice in his loquitur, ſed de tota teſtæ figura? Ubi hic ſpecies Buccini? Ubi Buccini formis curvatura?

Margine in Mucronem Emisso. Margo dicitur in oſtracologicis, extremitas teſtæ patentis: conf. *Columna* de Purp. c. 1. §. 28. Mucro, niſi hic vertici, ut conjicio, opponeretur, de turbine poſſet accipi, & margo in mucronem emiſſus, ita exponi, quod turbo acutior conicus per productiones planas marginaleſque teſtæ ſit formatus, velut in quibuſdam ſtrombis *Langii* id cernimus. Quin & in oppoſitione verticis & mucronis data interpretatio procedit. Nam poteſt dici *Plinius*, inter acuminatam ſpiram quamcunque & inter conicam & ſtrictiorem, diſtinxiſſe, illamque verticem, hanc mucronem, notanter vocitaſſe. Sed, quia mox ſequitur alia marginis differentia, nempe foris effuſi, & intus replicati, & præterea mucro veteribus etiam acutum teſtæ proceſſum quemcunque denotat; in hoc eoſdem imitante *Columna* de Purp. c. 17. §. 3. malo verba Plinii, *margine in mucronem emiſſo*, de proceſſu marginis, quam totius teſtæ interpretari. Ex margine autem longiores proceſſus varii eminent. Unus in Turbinibus

nonnullis, quos *Rumphius* Fuſis comparat, imo in nonnullis cochleis & Buccinis ſub nomine roſtri notus eſt: unde & nova turbinibus jam dictis differentia applicatur. Unus proceſſus longior etiam ex margine alicujus Alatæ apud *Rumphium* protenditur. Plures vero huic ſimiles in Harpagine & Cornuta millepede *Rumphii* extant; quos metonymice *Plinius* in ſingulari commode ſignificare potuit.

Foris Effuso. Id præcipue nonnullis Buccinis alatis, ſeu Muricibus Langianis competit. In oppoſitione ad ſequentem phraſin, *intus replicato*, poſſunt & in hunc cenſum venire Caſſides, quarum exſerti margines per teſtæ duplicaturam craſſeſcunt. Malim tamen effuſionem marginis, de ſimplici per horiſontem expanſione, quam de fimbria interpretari. Obſcurus vero, ni fallor, h. l. *Harduinus* eſt, inquiens: „ Cum, deducta & hiante concha, explicat ſeſe foris uterque mar- „ go, neque introrſum revolvitur. „ Videtur de conchis, ſeu de bivalvibus, loqui, cum tamen filum ſermonis ducat potius ad cochlidas.

Intus Replicato. Recte *Harduinus* utroque latere conchæ ſeſe introrſum colligente. Tali margine *Langii* Nuces, & ſemicaſſides noſtræ gaudent. Limbus enim teſtæ introrſum, velut ad duplicaturam vel fimbriam flectitur.

Jam Distinctione Virgulata. Ante de ſtriis dixerat. Ergo virgæ non ſunt ſtriæ. *Rumphius* chamæ virgatæ meminit, in qua rubras linearum ſubtilium acute concurrentium inſcriptiones, virgis cœleſtibus quodammodo ſimiles video. An hæc diſtinctio virgulata? ſane hic ſenſus expreſſior, quam dum ductus in conchis literatis & Arabicis hic ſubaudit *Rumphius* p. 162. vel dum *Harduinus* metaphoram a veſtibus ſimilibusque rebus repetit „ in quibus virgæ ſunt viæ transverſa- „ tim & decuſſatim ductæ. Unde veſtis virgata eadem, quæ ſcutulata „ eſt. „ In Oſtracologicis hæc interpretatio nondum recepta. Ubi potius ad virgas Cœli cognitas, quam ad veſtes incertas obſoletasque oculos & mentem dirigimus.

Crinita. Quid Crines? Villos monſtrat Columna de Purpura *C.* I. §. 30. oſtendens lanuginem muſcoſam ſuper teſtis. Sed hæc Teſtis accidit, non ineſt. Idem & fibras muſcoſas & purpuraſcentes, ſeu lanuginem Oſtrearum crines vocat. Tali ſenſu & *byſſus pinnarum*, ſeu collectio fibrarum, ex ſtrictis pinnarum commiſſuris in terram germinans, crinis audiret; mihi vero hæc teſtas nulla interna nota ſignificant. Conjicio, *Plinium* dixiſſe crines denſiſſimas ſubtiliſſimarum linearum inſcriptiones, ſive ut *Harduinus* loquitur, ſegmenta vel lineolas crinium inſtar porrectas, quales in Conchis anomiis trilobis inter alias advertimus. Sunt

mihi

mihi viſa hujus petrefacti ſpecimina ſelenitica pellucida, in quibus lineæ illæ non læves & æquabiles, ſed velut dehiſcentes & fibroſæ apparuerunt. Vel magis ad ſenſum crinitas dixit teſtas illas piloſas & quaſi ſetis hiſpidas, quales in Buccinorum & Muricum genere depingit *Rumphius*, qui harum velut oblitus, diſtinctionem crinitam Plinii ad conchas literatas & Arabicas ſubtiliſſime ſtriatas, male applicat. Poſſet *Columna* Penicillum, Lib. de Aquatilibus depictum, rectius allegare.

CRISPA. Villi Teſtarum externi criſpi ſunt; ſed, quid hæc ad Teſtas diſtinguendas? ſuperficies criſpa *Plinio* viſa eſt. Cruſta Teſtarum aſpera ſcabra legitur, item rugoſa; ſed ideo non eſt criſpa. Concha ſcabionata Rumphii *p.* 140. exochis incurvatis criſpatur. Si fallor in hac, prætendo ſuperficiem Conchæ, quam *Rumphius* Felis linguam nominat *p.* 147. quod perpetuis eminentiis veluti papillis ſit obſita, qualia corpora vulgo & criſpa dici ſolent, magis proprie *Rumphius* toties jam nominatas Conchas Arabicas, criſpas, propter ſtrias circinatas dicit.

UNDATA. Undoſa, undulata alias dicuntur, quæ colores fluctuum more pro luminis alia atque alia incidentia alternant. Undata autem, quæ fluctuum exemplo hiulca, modo in colles elata, modo in valles ſunt demiſſa. Exemplo ſint Murices, Brandaris & quædam ſpecies Sympuli, a nobis ita vocati.

CANALICULATIM. Aliis caniculatim. Canaliculi aliquando ſunt proceſſus Teſtarum longi & pervii. Hic intelliguntur vel profundiores ſulci ſive ſtriges per corpus Teſtæ diſpoſitæ, vel ductus, per corpus teſtæ pervii ſupra elati, infra vel plani, vel concavi, quæ alias ſtriæ canaliculatæ dicuntur. *Aldrovandus* cum Hermolao legit: CUNICULATIM; ſequitur *Harduinus*. Lectio minime abſona, & plurium Codicum autoritate confirmata: nam ductus intra Conchas cuniculis aſſimilantur. Reſpexit *Plinius* ad locum *Ariſtotelis*, *Lib.* V. *Hiſt. Anim.* quem *Theodorus* hoc ſenſu vertit. *Aldrov. Lib.* III. *de Teſt. p.* 287.

PECTINATIM. Præſtantiſſimi Codices, teſte *Harduino* ad *Plinium p.* 541. addunt *diviſa*. Ita facilior ſenſus eſt. Pectines dicuntur Teſtæ, parallelis exochis longitudinariis diviſæ: a ſimilitudine inſtrumenti, quo textores fila trajecta condenſant; Græci κτένες nominant, a manuum pedumve digitatorum ſimilitudine, teſte *Charletono Onom. Zoic.* Pectinatim diviſa vel undata proinde dicenda ſunt teſtacea, quorum ſtriæ parallelæ per corpus decurrunt.

IMBRICATIM UNDATA. Imbrices dicuntur tegulæ tectorum planæ; per ſimilitudinem audiunt ita teſtarum ſtriæ vel rugæ, in decurſu fractæ,

ctæ, & tegularum dictarum inſtar diſpoſitæ, *Major* in Lexico. Imbricatim undulata exponit *Langius*, *Harduinum* ſecutus, de teſtis ad undarum ſeſe attollentium ſpeciem diſtinctis: quæ ſimilitudo non ſufficit. Expreſſior altera *Harduini* cum ſquammis piſcium comparatio. Malo imbricatim undata interpretari de teſtis ſtriatis, quæ aliquoties fractæ, & per multiplices quaſi laminas decurrentes, tecta tegulis ſtrata imitantur: quales in oſtreis & nonnullis pectinibus conſpicimus.

Cancellatim reticulata. Cancelli ſunt interſtitia ſtriarum in longum & transverſum extenſarum, ut tota earum textura rete, vel craten repræſentet: quod opus naturæ reticulatum ſeu cancellatum, alio nomine, Clathrum dicitur, *Columna de Purp. C.* X. §. 4. Huc reſpiciens *Plinius* dicit: *cancellatim reticulata*; id eſt, ut interpretatur *Harduinus* „ ſecta lineolis teſta, in transverſum compactis ad retis ſi„ militudinem vel cancellorum, cancellis ipſis modo oblique ductis a „ conchæ capite ad marginis latus: modo rectis a ſummo vertice ad „ marginem imum: iisdem modo denſioribus ſive preſſioribus & qua„ dratis: modo porrectioribus & oblongis, modo in arcum toto con„ chæ corpore ſinuatis.” Talis ſtructuræ ſunt *Rumphii* Favus *p.* 140. & quædam Chamarum ſpecies eidem ibidem depictæ.

In obliquum in rectum expansa. His innuit præcipuam Concharum differentiam, quam *Langius* terminis *æquilateræ* & *inæquilateræ* ſignificare maluit. Videlicet ſi conchæ per dorſum inſpiciuntur, vertex earum vel utrinque æqualiter vel inæqualiter dilatatur. Priorem extenſionem dixit *Plinius in rectum*, poſteriorem *in obliquum expanſam.* Exempli loco cape pectines & conchas pictorum. Illos videbis a cardine æqualiter & regulariter expandi, has ab uno ſaltem latere diffundi. Recte hic *Rumphius* Pectinem Virgineum & Tellinas allegat, tanquam obliquas, ſed Oſtreæ, ut pergit, mea opinione, non ſunt in rectum expanſæ omnes; melius Pectines huc referuntur.

Prædensata. Hoc iterum de Conchis intelligendum. Neque enim denſum hic craſſum ſonat, ut aliqui ſubaudiunt; ſed, mea opinione, *raro* oppoſitum recepta Phyſicis ſignificatione notat contiguitatem arctiorem, ut adeo Teſta prædenſata h. l. ſit accurate clauſa, vel circa cardines magis connivens. Enarrare jam videtur *Plinius* differentias circa valvarum conjunctionem obſervatas, poſtquam de earundem expanſione verba fecit, hinc jungit prædenſata, porrecta, ſinuata, quæ mihi ad margines, marginumque juncturas ſpectare videntur. *Rumphius* denſata legit, & teſtulas compactas intelligit.

Porrecta. Dupliciter Conchæ poſſunt dici porrectæ, vel ratione car-

cardinis, vel ratione laterum. Latera exporrecta jam per expanſionem ſeu rectam ſeu obliquam ſignificavit *Plinius.* Reliquum ergo eſt, ut cardinem exporrectum ſubaudiamus. Contingit videlicet in Concharum valvis, alteram recipere, ita, ut major minorem marginaliter & eminenter claudat, tunc cardo plerumque in roſtrum productus, ſuper teſtæ incluſæ verticem recta incurvatur, & commode porrecta ſuperior teſta dici poteſt. Hodie tales Conchæ anomiæ vel anomalæ, vertice roſtrato appellantur, & petrefactæ tanto ſunt frequentiores, quanto rariora earundem nativa exempla. Deſcribit eas *Columna de Purpura Cap.* XII. *Rumphius* porrectas teſtas nominat cochleas teretes in longum eductas, quas nos Cylindrorum mucronatorum, item, Turricularum, Terebellarum nomine inſignimus.

SINUATA. Sinus in teſtis appellatur arcuata vel lunata Teſtæ Concavitas. Nolim huc ventres Turbinatorum cavos trahere. Explico *Plinii* vocem de *Conchis*, in ſpecie iis, quarum Teſtæ in latere longiore ad quendam velut angulum fractæ ſua conjunctione notabilem ſinum quaſi muliebrem formant; unde & Hyſteroconchæ, & Venereæ ſolent appellari, quanquam non his ſolis ejusmodi ſinus adſit, verum & Bucardia & Cordatæ quædam teſtæ eum communem habeant. Id magis convenit, quam ſi ſinus in mallei Polonici hiulca planitie, aut inæqualibus lateribus judicem cum *Rumphio p.* 162.

BREVI MODO LIGATA. Non dicit articulata, vel conjuncta, ſed ligata. Aliud omnino eſt ligamentum, aliud articulatio. Non omnes Conchæ ſibi inarticulantur, quædam ligamentis cohærent, ſive nerveis ſive membranoſis. Notanter autem dicit: Brevi modo ligata. Quoniam mox diſtinguit toto latere connexa. Innuit ergo, quasdam Conchas circa Cardines ſaltem levi & brevi ligamento nerveo cohærere: quod de pectinibus generatim, & de pectunculis quibusdam certum eſt. Neſcio, quid *Rumphio* in mentem venerit, ut brevi modo ligatas cochleas lunares (die kort en rond zyn) habuerit. Sed jam video, ipſum pro: *modo*, legiſſe: *nodo;* ut adeo cochleas nodoſas meminerit. Eandem lectionem ſecutus *Fab. Columna*, Conchas anomias trilobos, ob cervicis anguſtiam, brevi nodo ligatas, autumat, *Lib. de Purp. C.* XVI. Sed ejusmodi junctura concharum non ligata, ſed inſinuata eſt. Nodi nulla ſimilitudo. Legit *Harduinus nodo*, & brevi nodo latiori margini opponit, quod non capio.

TOTO LATERE CONNEXA. Dicit: *connexa*, non: *ligata:* quoniam, quæ toto latere cohærent, non ligamento ſed membrana conjunguntur, veluti Muſculi, Solenes, Pinnæ. Dicit autem: *connexa*, non

inarticulata. Ergo vix habuit reſpectum ad concham πολυλέπτογιγγλυμὸν *Columnæ Cap.* XXIX. quæ habet exiguorum cardinum longam ſeriem inter vertices, quibus utrumque latus rectum quaſi conſuitur. Fors tamen & hæc concha pariter mediante membrana cohæreat: quod nobis teſtam ſolummodo hactenus obſervantibus eſt incompertum.

Ad plausum apertis. Quid hoc? Fallor, aut audio Chamas ſignificari, aliasque conchas, quæ teſtis clauſis in latere per rimam magis minusve diductam hiant. Unde & Chamæ vel Hiatulæ appellantur. Plauſus certe Teſtarum ſimilis manibus plaudentibus eſt: Nam, quemadmodum manus manui plaudenti per volam jungitur, ita & concavum teſtæ concavitati alterius in conjunctione imminet. Sed en! *Plinius* dicit: *ad plauſum apertas*, quibus ſic aperta hiantiaque labra chamarum reſpicit, & ad plauſum edendum natæ factæque, ſi inter ſe illidantur, videri poſſint, ut recte conjicit *Harduinus.* Conjunctio quoque valvarum in chamis mediante gynglymo & forti ligamento, ad plauſum imitandum & excitandum longe eſt convenientiſſima. Chamas apertas in maris fundo jacere, & valvas majores ad nutum minutioris animalculi inhabitantis cum impetu claudi, *Rumphius* ipſe autor eſt, qui tamen hunc plauſum conchis naturalem & convenientiſſimum mutat in *pulſum* præternaturalem conchis, quaſi *Plinius* innuere voluiſſet, quod conchæ percuſſæ aliæ aliis facilius dehiſcunt. Mihi ita *Plinius* poſt pulſum, non ad plauſum apertis dixiſſet.

Ad buccinum incurvis. Buccinum dicitur Teſta turbinata longa, ſpiralem conum ex acuto apice in amplum ventrem majoris diametri producens. In hoc nil niſi ſpiræ incurvæ ſunt: ad buccinum ergo incurvæ, *ſenſu Pliniano*, non ipſum Buccinum, ut putat *Rumphius*, ſed Conchæ erunt, bivalves anomalæ, curvæ, qualis v. g. eſt Concha anomia rugoſa & adunca, depicta, *Bonanni Recreat. p.* 103. *n.* 31.

Navigant. Pauciſſima animalia teſtacea in mari navigant. Pleraque vel in ſcopulis, vel in arena, vel in littore habitant. Inter ſaxa *Murices*, *Patellæ*, in arena *Tellinæ*, *Pinnæ*, *Solenes*, *Caſſides* hærent. In *fundo* maris Oſtreæ & Chamæ aſperæ: Et hæ quidem immotæ jacent; Amuſia piſcatores intercipiunt. De teſtis inanibus & derelictis aqua levioribus non loquimur. His enim fluctus pro vehiculo ſunt.

Navigant: Velificant. Dicit prius *navigant*, poſt *velificant.* Aliud ergo navigare, aliud velificare in teſtis. Prius de iis intelligo, quæ obverſa convexitate, naviculæ inſtar, innatant, nec adeo vento obſequuntur, quam ſubmerſioni reſiſtunt. Poſterius de teſtis, quæ præter

ter id, quod navigant, ſuperficiem vel latus aliquod vento obtendunt, quo irruente propelluntur.

VENERIÆ. Non dicit: navigant ex his ſolæ veneriæ: ut minus caute accipit *Harduinus.* Nam mox ſequitur de pectinibus, *ſeque ipſi carinant*, *ſed ex his*, videlicet ante recenſitis generibus, *navigant veneriæ. Rondeletius* ſub veneriis his muricem *Mutiani*, de quo *Plinius L.* XXXII. intelligit. Eſt hujus quædam cum porcellanis, veneriarum nomine hodie ordinarie venientibus, convenientia; ſed has non navigare, verum ſub arena latere, nec navium carinis, *Mutiani* muricis more, verum ſaxis, tempore plenilunii adhærere, ideoque Klipkouſſen/ Porcellanas vero charinas ſive venereas, non a Veneris cultu, ſed ſinus ſimilitudine, qui *Græcis* χοιρὸς, Latinis porcus vel porculus, *Ennio* matriculus vocatur, nomen traxiſſe, ſcribit *Rumphius*, teſtis fide dignus. De alio igitur genere *Plinius* procul dubio loquitur: *Porcellanis* certe, quæ ſequuntur, verba non conveniunt, *præbentesque concavam ſui partem & auræ opponentes, per ſumma æquorum velificant.* Latus enim concavum, quod auræ opponere poſſint, non habent: vide Schemata *Rumphii*, donec tabulæ Gottwaldianæ in lucem Cl. *Breinii* cura venerint, quæ hoc teſtaceorum genere abundant. Neque ii rem acu tangunt, quibus auris maris, ὠτάελον ſive οὖς Ἀφροδίτης i. e. auris veneris, de qua *Heſychius* p. 714., ſubintelliguntur. Ejusmodi enim teſtæ non navigant, ſed patellarum more ſcopulis adhærent, ut refert *Rumphius.* Oppido vero abludit *Harduinus*, buccinorum ſeu muricis aliquod genus hic innuens. Utraque enim appellatio & buccini & muricis magis vaga quam veneriarum eſt, nec in omni ſignificatu ſtructura ad navigandum habilis. Qui Neritas huc arceſſunt *Ariſtotelis Lib.* IV. *Hiſt. Animal. C.* IV. *p.* 452. mea opinione non procul a vero abſunt. *Nereus* enim, Deus maris, in tali cochlea navigare pingitur. Teſtam ei levem & latam eſſe, *Oppianus* docet *Lib.* I. *Halieut. v.* 331. De biſore teſta nihil *Plinius*, nec hoc quidquam ad natandum facit. Non obſtat turbinatum genus. Nam & *Nautilus* turbinatus eſt, quem carinare tamen autores conſentiunt. *Neritæ* conveniunt verba: „ præ„ bentesque concavam &c." Ex *Plinii* relatione *Nautilus* alio modo velificat. „ Inter præcipua autem, inquit, miracula eſt, qui vocatur „ *Nautilos*, ab aliis *Pompilos.* Supinus in ſumma æquorum pervenit, „ ita ſe paulatim ſubrigens, ut, emiſſa omni per fiſtulam aqua, velut „ exoneratus ſentina, facile naviget; poſtea prima duo brachia retor„ quens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. Qua velifi„ cante in aura ceteris ſubremigens brachiis, media cauda, ut guber„ naculo

„ naculo ſe regit. Ita vadit alto, liburnicarum ludens imagine, &, ſi „ quid pavoris interveniat, hauſta ſe mergens aqua." Priori modo carinant & velificant quoque *Cymbia*, *Perſica*, *Bullæ*, *Ficus*. Sed in his nil venerei.

SALIUNT PECTINES. Conſentit *Ariſtot. L.* IV. H. A. *Cap.* IV. *p.* 439. Dubitat *Jonſton*, quia pectines non poſſe diducere valvas expertus eſt. Fidem prioris liberat *Rumphius. p.* 143. *&* 144. teſtatus, hunc ſaltum facere planas pectines, non mediante valvarum plauſu, ſed per maniculam (**handeken**) quandam calloſam, quam aquæ impingunt, ut, ea renitente, valvas parte barbata prævia promoveant.

SEQUE IPSI CARINANT. Notanter *carinant*, non *velificant*. Hæc gratis fingit *Harduinus;* neque enim ita valvas diducunt pectines, ut altera pars planior veli vices expleat, ſed ſupinæ navigant convexo latere. Idem mos *Amuſii*, de quo *Rumphius*.

# SCIAGRAPHIA METHODI
## AD
# GENUS SERPENTIUM
## ORDINATE DIGERENDUM.

- SERPENTIUM. (*a*)
  - ORDO I. Anguis. (*b*)
    - Capite diſcreto, cauda attenuata.
      - VIPERA.
        - Dentibus anticis caninis. Κυνόδον.
          - Vulgaris variorum locorum: Ἔχις.
          - Caudiſona.
          - Conſpicillaris.
        - Dentibus pectinatis (Lucii piſcis vel Crocodili ſimilibus) Ιχθυόδον.
      - COLUBER. * Dentibus acicularibus, plurimum umbroſis, & velut acupictis. Αυγαιοδον.
      - ANODON. Ἀνόδους; Edentulus.
    - Capite indiſcreto, cauda truncata.
      - Cauda præ capite anomala. SCYTALE.
      - Capite & cauda anomalis. AMPHISBAENA.

* *Priſci* Colubrum anguem domeſticum, aquaticos proprie Serpentes dixerunt. Permulti ex iis tanquam mites & innocui celebrantur, vel quorum morſus non niſi inflammationem partis læſæ inducit, facile exſtinguendam.

  - ORDO II. Vermis. (*c*)
    - Lumbricus; teres
      - terreſtris: vulgaris.
      - aquaticus: Vena Medeni ſeu Gordius.
      - animalium.
    - Tænia; planus.
    - Hirudo: ventre ſeſſili.

(*a*) *Serpentia* ſunt animantia apeda & apinnia; corpore vel tereti vel complanato; aut cortice tecto aut nudo.

(*b*) *Anguis* eſt animal ſerpens, capite organis ſenſoriis prædito; pulmone reſpirans —— cute ſquammata; vertebris coſtisque per longitudinem corporis inſtructum —— Plurimi deponunt exuvias.

(*c*) *Vermes* apodes ſunt omnesque nudi. Qui pedati, ſunt Inſecta, nobisque non veniunt in cenſum Vermium.

*De Drukker van dit Werk* G. J. WISHOFF COENRAAT ZOON, *maakt aan de Liefhebbers bekent, dat by hem nog te bekoomen ſyn, eenige exemplaaren van de volgende Werken van denſelven* Autheur, &c.

J. Th. Klein Sciagraphia Lithologica curioſa, ſeu Lapidum Figuratorum Nomenclator &c. cum præmiſſa epiſtola M. A. Cappeller de Studio Lithographico &c. cum figuris, Gedan. 1740. 4°.

—— —— An Tithymaloides frutefcens, foliis Nerii, cum fig. ibid. 1730. 4°.

—— —— Deſcriptiones Tubulorum marinorum, ac diſſertatio Epiſtolaris de Pilis Marinis, cum fig. ibid. 1731. 4°.

—— —— Naturalis Diſpoſitio Echinodermatum: accedit Lucubratiuncula de Aculeis Echinorum Marinorum, & Spicilegium de Belemnitis, cum fig. ibid. 1734. 4°.

—— —— Mantiſſa Ichthyologica de Sono & Auditu Piſcium, Lipſiæ 1746. 4°.

—— —— Hiſtoriæ Piſcium naturalis Miſſus primus de Lapillis eorumque numero in Craniis Piſcium, cum Præfatione de Piſcium Auditu: Acceſſerunt Anatome Turſionum & obſervata in capite Rajæ, cum fig. Gedan. 1740. 4°.

—— —— —— —— —— Miſſus ſecundus de Piſcibus per Pulmones Spirantibus: acceſſerunt ſingularia de Dentibus Balænarum & Elephantinis, ac de Lapide Manati & Tiburonis, cum fig. ibid. 1741. 4°.

—— —— —— —— —— Miſſus tertius de Piſcibus per Branchias occultas ſpirantibus, cum obſervationibus circa partes Rajæ Maris & Ovarium Galei, cum fig. ibid. 1742. 4°.

—— —— —— —— —— Miſſus quartus de Piſcibus per Branchias apertas ſpirantibus, cum additamento ad Miſſum tertium, cum fig. ibid. 1744. 4°.

—— —— —— —— —— Miſſus quintus & ultimus de Serie Secunda Piſcium per Branchias apertas Spirantibus, cum additionibus ad Miſſ. 2. 3. 4. & epiſtola de Cornu Piſcis carinæ navis impacto, cum fig. ibid. 1749. 4°.

—— —— Hiſtoriæ Avium Prodromus, cum Præfatione de Ordine Animalium in Genere: acceſſit Hiſtoria Muris Alpini & Vetus Vocabularium Animalium, cum fig. Lubec. 1750. 4°.

Verſuche und Abhandlungen der Natur Forſchenden Geſellſchaft / in Dantzig 1747. mit Kupffern / in 4°.


TAB. I.
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
14
15
16
17
18
19
20
22
23
24
25
27
28
29. a
29. b
30

TAB. I.


1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29 a
29 b
30


TAB. II.
33
34
36
35 b.
35 a.
38
40
39
42
42
43
44
46
47
45
49
50
52
55
53
54


TAB. II.
31
32
33
34
36
35 b.
35 a.
37
38
40
39
42
42
43
41
44
46
47
45
48
49
50
51
52
55
53
54


58
59
61
62
60
63
64
65
68
69
67
a. 71
b. 71
72


TAB. III.
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
a. 71
b. 71
72


TAB. IV.
74
75
76
77
78
79.a
79.b
80
82.
83
85.

TAB. IV.



Tab. V.




86
87
88
89
90
91 a
91 b
92
93
94
95
96
97
98
99 a
99 b
100




TAB. VI
102
103
105
106
108
110
111

TAB. VI




TAB. VII.
113
114
115
116
117
119
120
122
123
124
125
126
127
128

TAB. VII.


112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128


TAB. VIII.
2
3
4
5
6
9
10
13
14
15
16
17
18
19
20
22
23

TAB. VIII.




TAB. IX.
25
26
27
29
30
28
34
33
35
37
38

TAB. IX.



TAB. X.



TAB. X.




TAB. XI
58
59
60
61
62
63
Solen 65 Vagina
T.
66
Solen Legumen T.
Solen ſtrigilatus. 2.
68. a.
T.
68.b.
Mya Glycymeris T
70
71
72
73
74
75


TAB. XI
57
58
59
60
61
62
63
64
Solen 65 Vagina T
66
Solen Legumen T
Solen ſtrigilatus. 2.
68. a T.
68. b
67
Mya Glycymeris T
69
70
71
72
73
74
75




TAB. XII.
78
79
80
81
82
85
86
87
88
90
Lepas
Scalpellum? T
91
93
Lepas
porosa T
96
95
94
dema T
98
Lepas 99 Teſtudinaria T.
Lepas
Mitella T.
100

TAB. XII.


76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
Lepas Scalpellum? T
91
92
93
Lepas porosa T
96
95
94
Lepas Diadema T
98
97
Lepas 99 Testudinaria T
Lepas Mitella T
100